terficere. ſed abijt in ciuitatẽ q̃ dicitur effrẽ
⁊ ibi morabať cũ diſcipulis ſuis. College-
runt eñ põtifices ⁊ pharisei ꝯſiliũ. ⁊ vnus
ex ipis cayphas noĩe dixit. Expedit vt vnꝰ
homo moriať ꝓ populo ⁊ nõ tota gẽs ꝑe
at. Et ab illo die cogitauerunt eũ interfice
re. De hoc dicetur ſub titulo de inclinatio
ne ſacerdotis.

De manuum ablutione

Priuſquam ſacerdoſ offerat: manꝰ iterũ lauat q̃ꝫuis
prius dum veſtibus ſe ornaret
lauiſſet: ꝓut dictum ẽ ſub titulo de capitꝭ
compoſitione. Et etiam poſt ſecũdã thuri
ficationem iterũ lauat. vt ſic magis ac ma
gis mundatus offerat hoſtiã ĩmaculataꝫ
ſanctã deoqꝫ placentẽ. Nam ⁊ pſalmiſta
cũ mundatus eſſet petebat amplius emũ
dari dicẽs. Amplius laua me ab iniq̃tate
mea: ⁊ a peccato meo mũda me. ⁊c̃. Lauat
autẽ ſemꝑ ad dextrum cornu altaris. nam
dextra proſperitatem. ſiniſtra aduerſita-
tẽ ſignificat. qꝛ igitur pluries peccatur in
ꝓſperis q̃ꝫ in aduerſis. iuxta illud ps. Ca
dent a latere tuo ſcꝫ ſiniſtro mille. ⁊ decem
milia a dextris tuis. merito magis lauan
dũ eſt ad dextrã q̃ꝫ ad ſiniſtraꝫ. Sacerdos
itaqꝫ hoſtiã oblaturus manus lauat ad ſi
gnificandũ ꝙ lauare ac mũdare debet cõ
ſcientiam lacrimis penitentie ⁊ cõpuncti
onis. iuxta illud. Lauabo per ſingulas no
ctes lectũ meũ lacrimis meis ſtratũ meuꝫ
rigabo. Et iõ tũc dicit. Lauabo inter inno-
cẽtes manꝰ meas. i. opa. Et eſa. j. Lauamĩ
⁊ mũdi eſtote. Nam ⁊ xps ꝓuſq̃ꝫ verum ⁊

vnicū ſacrificiū in ara crucis offerret in re-
ſuſcitatione lazari lacrimas miſeratus ef
fudit euāgeliſta teſtāte. Jhs inq̄t ī fremu-
it ſpū. turbauit ſemetipſm ꝛ lacrimatus ē.
Lauat etiā manus. ne reus ſit corꝑis ꝛ ſan
guinis dñi. iuxta illud. Mūde ſunt man⁹
mee a ſanguīe iuſti huiuſ. Et vt mūde ſint
a terreno pane iam in ꝓpl'i oblatione rece-
pto vel a terreno deſiderio.

De pallis corporalibus

Interim vero dum ſa
cerdos manus abluit: dyacon⁹
corꝑalē pallā ſuꝑ altare diſpo-
nit. ī quo āmonēturministri ꝛ ꝓpl's vt ſint
ab oī carnali cupiditate mundi ſicut ipſa
palla mūdata ē a naturali viriditate ꝛ hu
more. Mūdicia q̄ꝫ corꝑalis ſignificat mū
diciā ꝓpl'i fidel'. De hac palla ī canone ita
dī. Ex ꝯſulto oīm ꝯſtituim⁹ vt ſacrificiū al
taris nō ī ſerico pāno aut ī tincto q̄ſq̄ꝫ cele
brare p̄ſumat. ſꝫ ī puro linteo ab epō ꝯſe-
crato terreno. ſ. lino. i. de terra ꝓcreato atq̄ꝫ
ꝯtexto. ſicut corpus dñi nr̄i ihu xp̄i ī ſindo
ne linea mūda ſepultū fuit. ꝛ xp̄s verā car
nē paſſibilē ꝛ mortalē de terreno virginis
corꝑe aſſumpſit. De lino igiẗ cādido nō in
ticto ex iſtitutōe ſixti pa. j. ꝛ euſebij fit cor-
pale. Significat aūt corꝑale paſſiōis intē-
tionē ſeu corpus xp̄i. q2 ſicut linū multo la
bore ac multis tūſionibus acq̄rit cādorē: ita
xp̄i caro multo certamīe ad reſurrectionis
gl'iam ꝑuenit. Significat etiā eccl'iam per
quā corpus xp̄i intelligitur q̄ multis paſ-
ſionibus ꝛ p̄ſſuris ad candorē eterne vite
ꝑducitur. Tertio ſignificat ipm xp̄m. Cuꝫ
eīm ſic ꝯplicetur. vt nec īiciū nec finis eiuſ
appeat. ſic eius diuinitas inicio caret nec
finē habebit. Et ſicut oblata iungitur cor
ꝑali ꝛ ponitur ī altari: ſic xp̄i caro iūcta di-
uinitati affigitur cruci. Et nota q̄ in q̄buſ
dā eccl'ijs palla corꝑal' q̄ calici ſupponitur
ī lōgū altaris extēditur q̄ quattuor ī lōgū
vel tres hꝫ plicaturas ī latū. Siq̄dē ī lōgū
altaris extēditur. q2 vt aiūt quidaꝫ lintea-
men quo xp̄i corpus īuolutuꝫ fuit ꝑ illam
figurā extēſum in lōgitudine ſepulcri īuē-
tum eſt. Quattuor eius plicature in longū
quattuor deſignāt cardinales v̄tutes. ſ. iu
ſticiā / tēperātiā / prudētiā / ꝛ fortitudinem.
ꝑ quas innate nobis paſſiones repmūtur
Tres v̄o plicature ī latū tres theologicas
virtutes. ſ. fidē. ſpē. ꝛ caritatē. ꝑ q̄s deo vni
mur figurāt. Pōt q̄ꝫ ꝛ aliud ī his figurari
Duplex eīm ē palla q̄ dī corꝑale. Una quā
dyaconus ſuꝑ altare extēdit. altera quam
ſuꝑ calicē plicatā īponit ſignificātes duo
linteamina. q̄bus ioſeph corpus xp̄i in-
uoluit. Extenſa repn̄tat ſindonē qua corp⁹
fuit in ſepulcro īuolutū. ꝛ inde corꝑale vo
catur. plicata ſuꝑ calicē poſita ſudarium ſi
gnat quo caput eius fuit ſeꝑatim īuolutū
Siq̄dē extenſa q̄ corꝑale vocatur. ſignifi-
cat fidē. plicata q̄ ſudariū vocatur. intelle-
ctum. Hoc eīm miſteriū credi dꝫ ſed ꝯp̄hē-
di nō valet vt fides habeat meritū cui hu
mana rō nō p̄bet expimētū. Scđo q̄ꝫ cor-
ꝑale ſine ſindo ſubſiſtēs ſignificat xp̄i hūi
tatē in paſſione. ſudariū vero: laborē. Ter
tio etiaꝫ corꝑale ſignificat linteū quo xp̄s
erat p̄cinctus. ſudariū laborē ī pſecutioni
bus. Ad h̄ palla ſuꝑ calicē poſita aliquam
ſcꝫ ſupiorē eius ꝑtē nō totū tegit. ī q̄ datur in
telligi q̄ ſudariū aliquā ꝑtē capitis xp̄i tege
bat. ꝛ aliquā nō. ſicut mos ē iudeis facere.
Quedā tn̄ eccl'ie nō hn̄t niſi vnū corꝑale.
ꝓ eo q̄ ī euāgelio legiẗ q̄ ioſeph corp⁹ ihu
īuoluit ī ſindone mūda. nō eī dixit ī ſindo
nes ī plurali. ꝛ h̄ ad ſignificādū ſacri vni-
tatē. ꝛ ſignificat ſindonē q̄ xp̄i corp⁹ fuit in
uolutū. Corꝑale aūt iō remanet ſuꝑ altare
vſq̄ꝫ poſt ſumptionē corꝑis ꝛ ſanguīs ꝛ ele
uationeꝫ calicis de altari. q2 linteamē ꝛ ſu
dariū ī ſepulcro vſq̄ꝫ poſt dñi reſurrectōeꝫ
remāſerūt. Preterea corꝑale remanēs ꝓ-
pter ſui albedinē oñdit mūdiciā mētis quā
ſemꝑ hr̄e dꝫ corp⁹ dñi ſumēs. Sother pa-
pa ſtatuit ne femine ſacrate vl' moniales ſa
cra vaſa puta calicē vl' patenam vl' ſacras
pallas. i. corporalia attingant. Ipe tamē
huiuſmodi ornamēta altaris ꝛ miniſtro-
rum facere poſſunt exemplo marie q̄ talia

fecit ⁊ tex̄uit in vſuʒ miniſterij tabernacu
li federis. Cõiter tñ palla vocat̃ mũda ma
pa ſup̄ quã corpale diſtẽdit̃. Et dr̃ palla co
ꝙ palliat vl' abſcõditi ſe miſteriũ ſupdc̃m
Dʒ aũt altare duplici mapa operiri ad du-
plice ſtolã mẽtis .ſ. ⁊ corpis deſigñdũ

De oblatione ſacerdotis ⁊ de officio miniſtrorum circa illam. ⁊ de patena. ⁊ de oblatõibus ppl'i ⁊ clericoꝝ.

Otis igitur mani
bus / dyaconus vel ſacerdos
miſter exterſis manibus me
diante munda toballia acci-
pit manus epi: q̃ſi iuuãs illũ d' faldiſtorio
ad ſurgendũ. Qđ quidẽ fit nõ ad iuuãdũ.
ſʒ potius ad ꝓuocandũ illũ .i. xp̄m queʒ ſi
gnificat ꝙ ſurgat ⁊ ꝓ ppl'o oret. iuxta illđ.
Exurge dñe adiuua nos. Et iterũ. Exurge
q̄ dormis. Et fit mediãte munda toballia
ad notandũ ꝙ mediãte mũdicia manuuʒ
id eſt operꝝ nr̃oꝝ excitat̃ dñs ad adiuuãdũ
nos apud prẽm. Si aũt hoc ad ip̄m põtifi
cem xp̄i referat̃ vicariũ / tũc dicẽdũ ẽ ꝙ ip̄e
ꝓuocatus adiuuat̃ ꝑ mũdiciã manuũ eoꝝ
ꝓ q̄bus orat: vt eius oro efficax habeatur.
Rurſus xp̄s oĩa bona opa eccl'ie pncipali
ter opat̃: ſicut legit̃ in Eſaia. Omĩa bona
opa nr̃a opatus es in nobis dñe. Cuius lo
cũ gerit ep̄s. miniſter v'o tanq̃ eius famu
lus ⁊ eius coadiutor typũ cooperãtis eccl'ie
gerit: q̄ in ſuis opibus xp̄i opantis miſtra
eſt ⁊ adiutrix: ſicut dicit apl's. Coadiutores
eñi dei ſumus. Qui toballiã .i. deuotam re
uerentiã adhibet: qm̃ ſcḋm aplm̃. Non ſu-
mus ſufficiẽtes aliq̄d cogitare a nobis q̄ſi
ex nobis: ſʒ ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. Deĩde
ep̄s vel ſacerdos ingredit̃ ſanctuariũ / ꝑue
niẽs ad altare ↄſecratũ. hic eſt xp̄s q̄ cena
culũ grãde ſtratũ eſt ingreſſus cũ diſcipu
lis cenaturus ⁊ eis corpus ſuũ traditurus
vbi miſticã oblatõem accipit / miniſtris in
ſinuãs illud qđ iohẽs euãgeliſta deſcribit
Jh̄s inq̄t añ ſex dies paſche venit ĩ betha
niam vbi lazarus mortuus fuerat / quẽ ſu
ſcitauit ih̄s: ⁊ fecerunt ei cenã in q̄ martha
miniſtrabat. Procedit aũt ad altare abſq;
mitra ⁊ baculo ⁊ cũ veſtibus ſacris: ꝓut ĩ
ſuis locis dictũ eſt. Cõſidera ergo ordinẽ. Nã
euãgeliũ p̄cedit. fides in ſimbolo ſequitur
deinde munera offerunt̃. neceſſe eſt enim
p̄mũ audire. Quõ inq̄t apl's credẽt niſi ꝓ
dicent̃. Deinde q̄s niſi crediderit / munus
deo acceptabile offerre nõ poterit: q2 ſine
fide impoſſibile eſt deo placere. Hic ergo
de triplici oblatõis genere dicẽdũ eſt: vicʒ
de oblatõibus ſacerdotis. miſtroꝝ. ⁊ ppl'i.
Sacerdos itaq; p̄mo offert ſeip̄m. Offerẽ
da etiã ſunt q̄ ſunt dei deo .i. aĩe habẽtes
ſil'itudinẽ dei impſſaʒ. Deĩde q̄ ſunt ſacri
ficio neceſſaria .ſ. panis ⁊ vinum ⁊ aqua ⁊
alia ſacrificio apta. Et nota ꝙ in veteri te-
ſtamẽto ponebant̃ ſup mẽſaʒ tabernacl'i
xij. panes azimi de ſimila mundi valde. ⁊ xij. panes
ponebant̃ ſeni altrinſecus: ⁊ ſingulis ſup
ponebat̃ patena aurea ⁊ ſup patenam pu
gillus thuris. Panes aũt iſti dicti ſunt ſa
cerdotales: q2 ſoli ſacerdotes eos de altari
ſublatos comedebãt. vel ſcḋm ioſephuʒ. q2
dñs p̄cepat ꝙ ſoli ſacerdotes illos forma-
rent ⁊ coquerẽt ⁊ ponerẽt in mẽſa ⁊ tolle-
rent: ip̄i tñ hoc nõ obſeruauerũt. Et ex his
cõuincit̃ ꝙ ſacerdotes debeãt hoſtias face sacerdotes debent hostias facere.
re ꝑ ſeip̄os. Dicebant̃ etiã panes ꝓpoſitio
nis: q2 poſiti erãt ſup mẽſam ꝓpoſitionis
corã dño / in memoriã ſempiternã duode
cim tribuũ filioꝝ iſrl'. Exo. xxv. c. Vl' porro
poſiti .i. lõgo tp̄e poſiti .ſ. ꝑ totã hebdoma
dam. Nã in diluculo ſabbati recẽtes ⁊ ca
lidi imponebant̃ mẽſe. ⁊ erãt ibi ĩmoti vſ
q; ad ſeq̄ns ſabbatũ: ⁊ tũc ſubtrahebant̃.
Vel erãt ibi in eternũ ꝑ ſucceſſionẽ ponen
di in mẽſa. Hoſtia aũt formatur rotunda. q2 quare fit hostia rotunda.
dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius orbis terraꝝ
et vniuerſi q̄ habitãt ĩ eo. vt ip̄a ſui forma
ſignificet illũ q̄ pncipio caret ⁊ fine: q̄ñis
ip̄e ſit alpha ⁊ o .i. pncipiũ pncipiãs atq;
finis. Apoc. i. c. Rurſus cuʒ figura rotũda
formet̃ a pũcto ad pũctũ / ꝑ hoc innuit̃ ꝙ
ab ip̄o ſunt oĩa ⁊ ad ip̄m oĩa retorquent̃.
vñ p̄s. Veritas tua ĩ circuitu tuo. De hac
figura dictum eſt in ꝓhemio. ij. par. De

hoc etiã dicet̃ ĩ .vi. pticula canõis ſup v̾bo
Accepit panẽ/Ceterũ duo ſunt q̃ offerunt̃.
donũ viꝫ/ꝛ ſacrificiũ. Donũ dr̃ quicquid
auro vel argẽto vel qualibet alia ſpecie of
fertur. Aliud tñ̃ eſt donũ. ꝛ aliud munus.
ꝓut dicet̃ ſub p̄ma particula canonis ſup
v̾bo Hec dona/Sacrificiũ eſt victima ꝛ q̃
cunq̨ꝫ in ara cremant̃ ſeu põnũtur. q̃ſi ſa
crum factũ vel ſignũ: qꝛ p̄ce miſtica ꝯſecra
tur ꝓ nobis in memoriã dñice paſſionis.
Quidã aũt perverſi heretici nobis ad pre
ſumptõem magnã reputãt: qꝛ ſacrificam⁹
et ꝯſecratõeꝫ hoſtie ſacrificiũ appellamus
cum ſcriptura ex pſona dñi dicat Nolo ſa
crificiũ. Et eſa. Ne offeratꝭ vltra ſacrificiũ
fruſtra. Et in euãgelio. Miſericordiã volo
et nõ ſacrificiũ. Et dauid. Si voluiſſes ſa
crificiũ dediſſem. De hoc ꝛ q̃d ſit ſacr̃m di
ctũ eſt in p̄ma pte ſub ti. de eccl̃iaſticis ſa
cramentis/Omñe aũt qđ deo dat̃/aut dedi
cat̃/aut ꝯſecrat̃. Qđ dedicat̃ dicẽdo datur
vñ ꝛ appellat̃. Errãt igit̃ q̃ ꝯſecratõem de
dicatõeꝫ ſignificare putãt. Immolatio ab
antiquis dicta eſt eo ꝙ in mole altaris po
ſita victima cederet̃. mactari eñ poſt ĩmo
lationẽ eſt. Nũc aũt ĩmolatio panꝭ ꝛ calici
cõuenit. libatio v̾o tñ̃ calicis oblatio ẽ. iu
xta illud. Et libauit de ſanguine vue. Et il
lud poeticũ. Nũc pateras libare ioui. Li
bare eñ ꝓprie eſt effundere. ꝛ antiquitus
qđ in liquida materia offerebat̃ vt vinum
et oleũ/libamẽ dicebat̃. qđ v̾o in ſicca vt ſi
mila panis ꝛ thus/oblatio noĩabat̃. Ho
ſtie apud veteres dicebant̃ ſacrificia: q̃ fie
bãt p̄uſq̨ꝫ ꝯtra hoſtes ꝑgerẽt. victime v̾o
ſacrificia/q̃ poſt victoriã deuictꝭ hoſtibus
immolabãt. de quo dicet̃ ſub ſexta pticula
canonis ſup v̾bo Qui p̄die. Et erãt victĩe
maiora ſacrificia q̨ꝫ hoſtie. Uel victima di
cebat̃/qꝛ vincta ducebat̃ ad aras. Olocau
ſtum illud eſt vbi totũ qđ offerebat̃/puta
agnus vel vitulus in altari igne ꝯſumit̃.
olon eñ grece dr̃ totũ. cauſtos incẽſio/Ce
rimonie apud latinos dicunt̃ ſacra oĩa q̃
apud grecos orgia vocant̃. ꝓprie tñ̃ ceri
monie a carẽdo dicunt̃: eo ꝙ his que in ſa
cris offerunt̃ in ſuo vſu careãt hoĩes. Alij
appellãt cerimonias obſeruãtias iudeorũ
in abſtinẽtia quarũdã eſcaꝝ ſ̄m veterẽ le
gem a carẽdo: qꝛ carẽt rebus q̃bus abſti
nẽt. Panis aũt ꝛ calicis ſacr̃m eucariſtia
dicit̃. ꝓut dicet̃ ſup dicto v̾bo Qui pridie
Porro circa oblatõem ſacerdotꝭ/miniſtri
ſua officia exequũt̃. Dyaconus eñ corpa
le ſup altare explicat ꝛ diſponit: ĩ quo oſtẽ
ditur ꝙ euãgeliũ xp̄ꝛ ſeu corpus xp̄i/imo
totã ipſius hũanitatẽ plene deſcribit. Cor
porale eñ hoc corpus xp̄i ſignificat ꝓut ĩ
p̄cedẽti ti. dictũ eſt. Deinde ſubdyaconus
in p̄mis calicẽ p̄parat/panẽ ꝛ vinũ in illo
diſponẽs/a ſacerdote poſtmodũ ꝯſecrãda.
qꝛ nimirũ lex q̃ ꝑ ſubdyaconũ hic cõgrue
deſignat̃/huius oblatõis miſteriũ p̄ſigna
uit dicẽs: ꝙ melchiſedech ſacerdos obtu
lit abrae ec panẽ. ſ. de frumẽto: ꝛ vinũ de ra
cemis/a xp̄o poſtmodũ exhibẽda ꝛ in vi
tate cõſecrãda: ſicut habet̃ in Geñ. ꝛ dicet̃
ſub ſexta particula canonis ſup v̾bo Acce
pit panẽ. Oblatio panis ꝛ vini ſignificat
pia deſideria fideliũ ſeu ꝓ ĩmolatõe ſeu ꝓ
hoſtia viua. Rurſus in pane corpus xp̄i.
in vino ſanguis eius. in aqua ppl̃s repũta
tur. Et dr̃ panis a pan qđ eſt totũ: qm̃ hic
et in futuro eſt tota vita nr̃a. Uinũ dr̃ a vi
te: cui dñs in euangelio ſe cõparat. Aqua
v̾o ab equalitate dr̃: qꝛ ꝑ hoc ſacr̃m angel
equari debemus. Licet autẽ ſint due ſpẽs
nõ tñ̃ ſunt duo ſacrificia. vnitas eñ verbi
vnitatẽ efficit ſacrificij. Hoc ẽ eñ illđ pal
lium quo noe filij ꝯtexerũt: quo xp̄iani xp̄i
ebrietatẽ. i. paſſionẽ ſub ſacrificio tegunt.
Deinde ſubdyaconus ferẽs in manu ſini
ſtra calicẽ ꝛ deſup corpale ꝛ illuꝫ dyacono
offerẽs/ſignificat ꝙ dñs ſubdyaconus fu
it qñ librum aperuit: ꝛ dyaconus qñ dixit
nõ veni miniſtrari ſꝫ miſtrare. Dyaconus
v̾o patenã cũ hoſtia de manu ſubdiaconi
recipit ĩter pollices ꝛ indices vtriuſq̨ꝫ ma
nus: interpoſito tñ̃ manipulo inter ipſos
pollices ꝛ patenã. Nẽpe manus ſubdya
coni opa ſũt legis. patena latitudo cordis
manipulus opa euãgelij. pollex vigor vir

tut̃ .index diſcretio. Fiũt igit̃ hec ad ſignifi
candũ ꝙ opera legis ⁊ latitudo cordis ad
opa caritat̃ nõ ſufficiũt ad ſalutẽ/niſi opi-
bus euãgelicis quoꝝ dyaconus annũcia-
tor eſt/cũ vigore virtut̃ ⁊ diſcretiõe ment̃
adhibitis adiuuent̃ atqꝫ pficiant̃. Suppo
nũtur aũt indices pollicibus ad notandũ
ꝙ virtut̃ vigor exercẽdus nõ ẽ abſqꝫ diſcre
tione/q̃ cũctaꝝ eſt mr̃ ⁊ fundamẽtũ v̓tutũ
Subſequẽter dyaconus ipe patenã cũ ho
ſtia ex inſtõne ↄſilij ancbiritani põtifici re
pſentat/ad notandũ ꝙ p euãgelicã tradi-
tionẽ quaꝫ dyaconus figurat/ad altare.i.
ad ſolennẽ ritũ puenit ecc̃lia:q2 lex q̃ p ſub
dyaconũ ſignat̃/hoc nr̃e ſalut̃ ſacrificium
ſolũmodo pfigurauit vt pmiſſuꝫ ẽ/Et põ-
tifex ſeu ſacerdos hoſtiã collocat ſup altа
re. Calicẽ v̓o cũ vino ipe dyaconus retinꝫ
et collocat in altari/Circa qδ notãdũ eſt ꝙ
hoſtia ſignificat corpus xp̃i nõ ſanguineꝫ.
ſacerdos xp̃ꝫ. Solus ergo ſacerdos abſqꝫ
cuiuſqꝫ adiutorio illã offert dicẽſ Suſcipe
ſcẽ pr̃ ⁊c. q2 xp̃s ſeipm in ara crucis obtu-
lit deo prĩ. Et illã in altari ſup corpale q̃ſi
ſup ſindonẽ mũdã diſponit: innuẽs ꝙ ipe
met xp̃s hoc ſacm̃ inſtituit ⁊ ecc̃lie tradi-
dit obſeruãdũ dicẽs. Hoc eſt corpus meũ
⁊c. hoc facite ĩ meã cõme. ⁊c. Diſponit aũt
et collocat hoſtiã cũ ſigno crucis: q2 ſic xp̃i
oblatio in cruce facta fuit: ſic ⁊ oblatio ſa-
cerdotis q̃ in illius memoriã fit/cuꝫ ſigno
crucis fieri dꝫ. Collocat etiã illã directe ſup
crucẽ in ↄſecratõe altaris cũ criſmate factã
q2 ⁊ xp̃s carnẽ ſuã cruci affixit/Verũ vinũ
in calice ſanguinẽ xp̃i deſignat: ⁊ iõ ſolus
dyaconus abſqꝫ ſacerdote q̃ xp̃ꝫ deſignat
calicẽ tenet: ad notãdũ ꝙ in xp̃i imolatiõe
ſanguis fuit a corpe ſepatus: non tñ ſolus
ſꝫ vna cũ ſacerdote illũ offert: ⁊ ſup pallaꝫ
corpalẽ collocat/ſeu potius ſacerdos illo
mediãte/qδ ex eo patet: q2 nõ dicit offero
in ſingulari ſicut dr̃ in hoſtie oblatiõe: ſed
dicit Offerimus tibi dñe ⁊c. Ex quo etiaꝫ
clare ↄuincit̃ ꝙ ambo pariter dñt v̓ba ipa
pferre. Dyaconus ḡ calicẽ vna cũ ſacerdo
te offert: q2 non ſolũ xp̃s ſeipm deo prĩ ob

tulit/verũ etiã p euãgeliũ ſuũ cuius dyaco
nus eſt figura ⁊ baiulus/huius ſacrificij
ritũ inſtituit ⁊ ecc̃lie cõmẽdauit: quã inſti
tutõem ⁊ cõmẽdatõem ipe dyaconus tan
ꝙ pdicator euãgelij nũciare ⁊ manifeſtare
dꝫ ex ſuo officio ab iſta militãte ecc̃lia obſ̃
uãdã: iõqꝫ participare dꝫ ſacerdoti ĩ calice
offerẽdo: nõ tñ ĩ ↄſecrãdo: q2 illδ ſolius eſt
officij ſacerdot̃. Solus tñ ep̃s v̓l ſacerdos
aquã vino cõmiſcet in calice: qδ nulli ĩferi
ori facere lꝫ: qm̃ ſolus xp̃s pp̃l'os ſanguine
ſuo redemit. Preterea admixtio hmõi vni
onẽ pp̃l'i cũ xp̃o deſignat vt ſeq̃tur: q̃ fieri
nõ põt niſi p gr̃am xp̃i/cuius typũ gerũt
põtifex ⁊ ſacerdos/Cõmiſcet̃ aũt aq̃ vino
in calice ex inſtitutiõe alexãdri pape pmi.
Pmõ ad notãdũ ꝙ nũꝙ ſalus pp̃l'i eſſe po
tuit ſine ſanguĩs xp̃i effuſiõe: nec etiã ſan-
guinis effuſio ſine pp̃l'i ſalute: q2 xp̃s pp̃lꝫ
ſibi recõciliauit in morte. Scriptũ eſt eniꝫ
ꝙ aque multe ſunt pp̃l'i multi: xp̃s aũt ſan
guinẽ ſuũ fudit p pp̃l'o ſicut ipe teſtat̃. Hic
eſt ſanguis meus noui teſtamẽti q̃ p mul
tis effundet̃ in remiſſionẽ pctõꝝ/ Secũdo
ad notãdũ ꝙ de latere xp̃i ſiml' exiuit ſan-
guis ⁊ aqua: q̃tenus nec xp̃us ſit ſine pp̃l'o
nec pp̃l's ſine xp̃o. Cũ ḡ aq̃ vino miſcet̃/tũc
xp̃o pp̃l'o adunat̃/Hoc q̃ꝫ miſteriũ lex mo-
ſaica pfigurauit: ſicut apl'o exponit dicẽs
Bibebãt aũt de ſpiritali ↄſequẽte eos pe-
tra. petra aũt erat xp̃o. Quapropter ſacer-
dos ĩ calice aquã fundit. vt ſicut aq̃ non ſe
parat̃ a vino: ſic pp̃l's nũꝙ ſepat̃ a chriſto
Tertio cõmiſcet̃ vt diuinitas ⁊ hũanitas
in vna pſona ↄiũcta eſſe intelligant̃. Naꝫ
per vinũ diuinitas/p aquã hũanitas ĩtel
ligit̃. Qui ḡ in altaris officio aquam ſine
vino vel ecõuerſo ei miſtrat: q̃tũ in ſe eſt
diuinitatẽ ab humanitate ſepat: de q̃ dice
tur ſub ſexta pticula canõis ſup v̓bo Hoc
eſt corpus meũ. ⁊ ſup v̓bo Hic calix/Sa-
ne ſacerdos vel miſter miſſurus vinum ⁊
aquã in calicẽ/pus effundit modicũ in ter
ram: nõ ſolũ vt meatus ſiue locus vaſis p
quẽ fluere dñt mũdet̃: ⁊ ſi q̃d eſt ĩ ſupficie
vini vel aque emittat̃: verũ etiã ad oſtẽdẽ-

dum q̈ ſanguis ⁊ aqua de latere xp̄i vſq̧
in terrã fluxerũt. ad qḋ miſteriũ ſe p̄parat
peragẽdũ/ Cõſiderãdũ etiã eſt. q꞉ aqua bñ
dicit̃ qñ vino admiſcet̃: vinũ v̓o nõ. Et h̓
ideo vt quidã dicũt/ Primo q꞉ vinũ ſuam
bñdictõem expectat ſ꞉ hec rõ nõ videt̃ ſuf
ficiẽs: qm̄ in bñdictõe vini ſub noīe caliciſ
tam vinũ q̃ꝫ aqua ſimul bñdicunt̃/ Unde
põt ſecũdo nõ dici q̈ vinũ in hoc loco xp̄ꝫ
ſignificat q̄ nulla eget bñdictiõe. aq̄ ꝑplm
q̄ in hac vita neq̄t eſſe ſine pctõ/ ꝓpter qḋ
indiget bñdictiõe dei vt reddat̃ dign⁹ ad
p̄miſſam vnionẽ cũ xp̄o. Ad hoc igitur ſi-
gnificãdũ aq̄ bñdicit̃ qñ vino admiſcetur
Tertio etiã vinũ nõ bñdicit̃: q꞉ ſubdyaco
nus q̄ nõ põt bñdicere dꝫ ex officio ſuo il-
lud in calicẽ mittere vt p̄miſſum eſt/ Quar-
to q꞉ ꝑpl̓s p̄ aquã ſignificatus vnit̃ xp̄o ſo
lum p̄ bñdictõem gr̄e ipſius xp̄i: quẽ ſacer
dos bñdicẽs figurat/ Eſt aũt plus d̓ vino
q̃ꝫ de aqua ponẽdũ arbitrio ſacerdotis: ita
tñ q̈ aqua a vino abſorbeat̃ ⁊ vini ſaporẽ
retineat. ⁊ hoc in ſignũ q̈ eccl̓ia dꝫ incor-
porari xp̄o nõ xp̄s eccl̓ie. Unñ aug. Nõ tu
mutabis me in te: ſicut cibũ carnis tue: ſ꞉
tu mutaberis in me. De h̓ etiã dicet̃ ſuper
dicto v̓bo Hic eſt calix. ⁊ in ſexta parte ſub
q̄nta feria cene dñi ꝓpe finẽ/ Predict⁹ etiã
alexãder papa ſtatuit oblatõem ex azimo
in modica fieri quãtitate dicẽs Hec obla-
tio quãto rarior tãto potior/ Nõ eſt etiam
omittẽdũ q̈ in miſſis p̄uatis miniſtrãs ſa
cerdoti ampullã cũ vino/ manũ eius non
oſculat̃: ſ꞉ miniſtrãs ampullã cũ aqua ſic.
qñ vinũ xp̄m. aqua genus humanũ: oſcu
lum v̓o pacẽ inter deũ ⁊ hoīem ſignificat
reformatã. Regularit̃ tñ cũ celebrãti aliq̄d
porrigit̃ vel ab eo recipit̃. manus oſculũ
interponit̃ ad deſignãdũ q̈ oĩe ſeruiciũ
oĩſq꞉ reuerẽtia deo exhibita/ cuius vices
celebrãs gerit/ p̄cedere dꝫ ex feruore cari-
tatis ⁊ amoris: q̄ p̄ manus oſculũ deſigna
tur. De hoc etiã ſub euãgelio dictũ eſt ⁊ ſb
ti. de pacis oſculo dicet̃/ Calix aũt ponitur
rome ad dextrũ latus oblate/ ⁊ bũ: q̄ſi ſan
guinẽ ſuſcepturus q̄ de latere xp̄i noſcitur

ꝓfluxiſſe. ⁊ ad deſignandũ ſanguinem et
aquã de dextro xp̄i latere emanaſſe. Pre-
terea ſi a latere ſtet recta pars crucis q̄ fit
cõiter ſup̄ hoſtiã ⁊ calicẽ nõ ꝑducit̃ ſolum
modo ſup̄ hoſtiã/ qḋ tñ fieri dꝫ. crux enĩ ipſa
inchoari dꝫ ſup̄ hoſtiã ⁊ ꝑfici ſup̄ calicẽ: p̄
ut ex diuerſis locis ⁊ v̓bis ipſius canonis
colligit̃ euidenter. De hoc dicet̃ in octaua
particula canonis ſup̄ v̓bo. hoſtiã ſanctã.
Cõiter tñ alibi ponit̃ hoſtia inter ſacerdo
tem ⁊ calicẽ/ Primo ad notãdũ q̈ xp̄s ẽ me-
diator dei ⁊ hoīm. ⁊ ſm̄ hoc ſacerdos deũ
p̄rem: hoſtia xp̄m: aqua ĩ calice ꝑpl̓ꝫ ſigni-
ficat: q꞉ nõ niſi xp̄o mediãte ad reſurrectio
nis gaudiũ poſſumus ꝑuenire/ Secundo
ꝓpinquior eſt ſacerdoti hoſtia q̃ꝫ calix: q̄a
p̄us a xp̄o ꝯſecta legit̃ q̃ꝫ ſanguis ⁊ apl̓is
p̄us data. S꞉ hec rõ facit potius ꝓ dictis ro
manis/ q̄ cruces incipiũt ſup̄ hoſtiã: ⁊ dei
de eas ſup̄ callicẽ ꝑducũt. Porro cũ ſacer
dos accipit patenã cũ hoſtia. vrceolũ cuꝫ
aqua. calicẽ cũ vino. thuribulũ cũ incenſo
efficit ſup̄ ea crucis ſignaculũ: vt p̄ crucis
virtutẽ oĩs conatus dyabolice malignita
tis effugiat: ne ꝯtra ſacerdotẽ vl̓ ſacrificiũ
aliquo mõ p̄ualeat/ Et nota q̈ ĩ ampullis
in q̄bus vinũ ⁊ aqua ꝯtinet̃ pro ſacrificio
ſpũaliter ꝯſiderandũ eſt q̈ in parua ſbſtã
tia incõprehẽſibilia ꝯtinent̃ futura ſacrã.
Di aũt ampulla q̄ſi ampla bulla/ ſignifi-
cãs cor hũanũ qḋ amplũ dꝫ eſſe latitudĩe
caritatis. Rurſus amule. i. vaſa ad offerẽ-
dum vinũ ſunt p̄dicatores mordaciter in
crepãtes: vel q̄libet ſpũſ ſcti gr̄a inebriati
et alios inebriãtes. Hydrie v̓o. i. aquatica
vaſa ſunt doctores aq̄ ſapĩe ſalutaris po-
tati ⁊ vitalib⁹ aq̄s repleti/ Rurſus adhuc
p̄miſſa alio ordine ꝓſequamur. In q̄buſ
dam eccl̓ijs ſubdyaconus portat calicem
in ſiniſtra. patenã in dextra. ⁊ deſup̄ corpo
rale. vnus cãtor oblatã cũ fanone ⁊ vinuꝫ
cuꝫ ampulla. alter v̓o p̄bet aquã vino mi-
ſcẽdã. vltimo dyaconus fundẽs aquaꝫ in
calice offert p̄ſbitero ſeu ep̄o. Nẽpe ſubdy
aconus eſt xp̄s. calix paſſio. patena crux. ſi
niſtra p̄ñs vita. dextra futura. corp̄ale ecle

ſia. vnus cãtoꝛ iudaicũ ppl'm figurat. alter gẽtilẽ. ampulla deuotõem. oblata corpus vinũ ſanguinẽ. aqua eccl'iam. archydiaconus xp̃m. p̃ſbiter ſeu ep̃s deũ p̄rem/ Subdyaconus ꝗ̊ calicẽ portat ĩ ſiniſtra: q: xp̃s de torrẽte bibit in via. i. paſſionẽ ſuſtinuit in p̃ñti vita. patenã in dextra: q: p̄ crucez p̄uenit ad gl'iam. ꝓpter hoc eñ exaltauit illũ deus. deſup corpale. q: eius paſſionez eccl'ia nõ deſinit imitari. corpale eñ candidat̃ ⁊ eccl'ia p̄ multas tribulatões xp̃o conformat̃/ Subdyaconus etiã nr̃. ſ. xp̃s patenam cũ calice portauit qñ crucẽ ĩ paſſione baiulauit. Primus cãtoꝛ offert oblatã cuz fanõe ⁊ vinũ cũ ãpulla: q: p̄mitiua eccl'ia de iudeis ſuſcepit fidẽ paſſionis ĩ deuotõe mẽtis. Oblatã ꝗ̊ non nudis manibus ſed cũ fanone cãdido. i. cũ mapula alba ⁊ mũda offert/ ad notãdũ ꝙ xp̃i corpus ab his tñ digne ſuſcipit̃ q̄ carnẽ ſuã cũ vicijs et ↄcupiſcẽtijs crucifigũt Alius aũt cãtoꝛ offert aquam: quam dyaconus miſcet vino ⁊ offert p̃ſbitero ſeu ep̃o. Hec eſt gentilitas q̄ ſuã obtulit multitudinẽ: quã xp̃s ĩ paſſione obtulit deo pr̃i/ Põt etiã nõ incõpetẽter dici ꝙ altare mẽſam dñi ĩ q̄ cũ diſcipulis ſuis ↄuiuabat̃. arã crucẽ. calix ſepulcrũ vel paſſionẽ xp̃i. de quo ĩ p̄ma p̄te ſub ti. ꝺ picturis dictũ eſt. ⁊ patena q̄ a patendo dr̃ coꝛ latũ ⁊ ãplũ ſignificat. ſup̄ hãc patenaz id eſt ſup̄ latitudinẽ caritat̃ ſacrificiũ iuſticie dʒ offerri vt olocauſtũ aĩe pingue fiat. Hãc cordis latitudinẽ habebãt ap̄l'i cũ petrus dicebat Et ſi oportuerit me moꝛi tecum nõ te negabo. Sil'r ⁊ oẽs ap̄l'i xp̃o dixerũt Sʒ latitudo cordis ab eis aufugit ⁊ latuit cũ om̃s magr̃o relicto fugerũt ⁊ latuerunt Ad qð ſignificãdũ/ poſt ſuſceptã inð oblataz/ ſacerdos abſcõdit ſub corpali patenã. vel ſaltẽ eã ab altari remotã/ ſubdyacon⁹ retro retinet ĩuolutã. p̄ h̓ ꝗ̊ diſcipl'oꝝ fuga vel latibulũ v'l ĩfidelitat̃ excecatio deſig̃t̃: q̄ dũ veꝝ ſacrificiũ offerret̃/ relicto xp̃o fugerũt ⁊ latuerũt ſicut eos ip̃e p̄dixerat. Oẽs inq̄t vos ſcãdalũ patiemini ĩ me ĩ hac nocte. Scriptũ ẽ eñ. p̄cutiã paſtorẽ ⁊ diſp̄gẽt̃ oues gregis. Poſtq̃ꝫ aũt ſurrexero p̄cedaz vos ĩ galileã. ꝺ h̓ dicet̃ ſb̓ ti. ꝺ ſc̄tũs. ⁊ iõ ſacdos dictur⁹. pax dñi: q̄ſi dñice reſurrectõis ãnũciatur⁹ eulogiũ/ reſumit patenã: q: cũ eſſet ſero die illa vna ſabbatoꝝ ⁊ foꝛes eſſent clauſe vbi erãt diſcipuli ↄgregati ꝓpt̃ metũ iudeoꝝ: venit ih̄s ſtãs ĩ medio dixit eis Pax vobis. reſumẽs oues q̄ trepidãtes aufugerãt. Rurſus patena q̄ ꝓpter ſui foꝛmam diuinitatẽ q̄ ĩitio caret ⁊ fine ſignificat/ vſq; ad dñicã oĩonẽ abſcõſa tenet̃: adſignãdũ ꝙ diuinitas nobis abſcõſa ⁊ velata eſt in h̓ mũdo. ſʒ qñ ĩ oĩone dñica dr̃ Panẽ nr̃ʒ/ manifeſtat̃: ad oñdẽdũ ꝙ qñ ad panez nr̃m q̄ ĩ celis eſt p̄uenimus: tũc diuinitas q̄ ĩ hoc mũdo abſcõſa ⁊ velata eſt/ manifeſtabit ſe nobis ⁊ videbimus ip̃az ſicuti eſt. de h̓ dicet̃ ſub ti. ꝺ reſumptõe patene/ In q̄buſdã tñ locis patena diſcoop̄ta tenet̃/ ad deſignãdũ ꝙ ſacerdos oꝛat ꝓ eternis q̄ p̄ xp̃i p̄dicatõez nobis reuelãt̃. Per patenã eñ q̄ rotũda ẽ/ eternitas q̄ p̄ncipio caret ⁊ fine ↄgrue deſignat̃. Sane ſubdyaconus tenʒ patenã a p̄te poſterioꝛi eleuatã. q̄ſi diceret. Imitamini me q̄ poſterioꝛum oblitus ad anterioꝛa me extẽdo/ innuens etiã ꝙ referre debem⁹ oĩa op̄a nr̃a ad xp̃m et ad. coꝛonã eternã. Patena q̄ꝫ ſeoꝛſum a calice reuoluta. ſ. p̄s ſup̄ioꝛ ſubtus poſita ſignificat lapidẽ a ſepl'cro cõmotũ ⁊ reuolutũ/ Et nota ꝙ dyaconus tradit patenam ſubdyacono tenẽdã/ innuẽs ꝙ xp̃s contulit diſcipulis ſuis p̄tãtẽ p̄dicãdi regnum dei Circa hoc etiã videbit̃ ſub ti. de reſũptiõe patene/ Circa oblatõem ppl'i notãdũ eſt ꝙ ppl's offerre dʒ: iuxta illud exo. Nõ apparebis ĩ ↄſpectu dei tui vacuus. Per oblata q̊ꝫ munera poſſumus cõmemoꝛare copioſam victimã q̄ oblata ẽ a ppl'o/ cũ rex salomõ tẽplũ ⁊ altare dño ſacraret Exẽplo eñ illi⁹ plebs fidelis offert ſe ⁊ dona deo. Sʒ ⁊ in veteri teſtõ ↄueniebat ppl's ĩ hierl'z in q̄buſdã magnis ſolẽnitatib⁹. ſ. paſcha. penthe. ⁊ in feſto cenophegiaꝝ vt oꝛarẽt in tẽploꝛ: ⁊ tũc tenebant̃ offerre. Et nota ꝙ ĩ veteri teſtõ. ppl's offerebat ſacrificiũ legale et

volũtariũ.ſ.ꝓ pctõ ꝓ grãꝝ actõe: dona vota ⁊ olocauſta. Sacrificiũ legale ſunt decime ⁊ ꝑmicie: vł ea q̃ lex iuſſit offerri. Deut. xij. c. Volũtariũ eſt qḋ ſpõte ꝓ pctõ ⁊ ꝓ legis trãſgreſſiõe offerebať. Dona ſunt q̃ in tẽpli ornatũ offerebanť. Vota q̃ ꝓ ꝑiculis infirmitatis vel belli. De olocauſto ꝑmiſſuꝫ eſt. Vñ dr̃ in parali. q̧ obtulerũt ꝑncipes ꝓ votis. ꝓ ſpõtaneis. ꝓ pctõ. ꝓ regno. ꝓ ſanctuario pro iuda. Ritus igiť ſynagoge trãſiuit in religionẽ eccłie ⁊ ſacrificia carnalis ꝑpłi mutata ſunt ĩ obſeruantiã ꝑpłi ſpũalis. Nã ſicut ꝑpłs ille moyſi deſcẽdẽti de monte/ diuerſa dona ad faciẽdũ tabernaculũ offerebat: ſic ep̃o de pulpito veniẽti/ xp̃iani deuotas offerũt oblatões. Alius offert auꝝ imitatus magos q̃ auꝝ dño obtulerũt. Alius argẽtũ ſecutus illos q̃ pecuniam ĩ gazophilatio poſuerũt. Alius ṽo aliq̃d de ſua ſubſtãtia vt aſſocieť illis q̃ per paulũ ⁊ barnabã neceſſaria paupib⁹ trãſmiſerũt. Nec ẽ curãdũ q̃ q̃ntitas vł ſpẽs offerať ſꝫ poti⁹ mẽs attẽdiť offerẽtis. vñ puer. iij. Honora dñm deũ tuũ de tua ſubſtãtia. Et Thob. iiij. Ex tua ſubſtãtia fac elemoſinã. Et magi obtulerũt xp̃o nato auꝝ thus et mirrã. math. ij. iux̃ illḋ pſal. Tibi offerent reges mũera. Nec tñ greg. offerẽs a muneribus ſꝫ munera ab offerẽte placẽt. Offerũt q̃ꝫ legale ſacrificiũ ĩ decimis ⁊ ꝑmiciis. volũtariũ ĩ ſpõtaneis oblatõibus pro pctõ dũ pñias rediniũt. ꝓ grãrũ actõe dũ ꝓ collatis a deo aliq̃ grã q̃cq̃ꝫ offerũt. dona dũ in edificia eccłiaꝝ vel vtẽſilia aliquid offerũt. vota dũ qḋ in ꝑiculis vouerũt exoluũt. olocauſtũ offerũt q̃ ſeculum derelinquũt ⁊ ſua paupibus diſtribuũt. Offerẽs aũt manũ ſacerdotis oſculať/ ꝑ qḋ fides cuꝫ ope deſignať: de q̃ etiã iam ꝑmiſſuꝫ eſt. Et ſacerdos oblatões manu tãgit/ repũtans illḋ Leuit. j. ⁊. iiij. Ponetq̃ꝫ manus ſup caput hoſtie ⁊ acceptabilis erit atq̃ꝫ in expiationẽ pficiẽs: Offerẽtes ṽo panẽ ⁊ vinuꝫ ſignificãt diſcipulos q̃ pueneꝛunt parare neceſſaria ad paſcha. Verũ clerici vel monachi etiã ãministratões hñtes nõ offerũt niſi in officio mortuoꝝ ⁊ in noua celebratione ſacerdotis ⁊ in q̃buſdã p̃cipuis ſolennitatibus: cũ eñi ipſi de oblatõibus viuãt et ipſi ac ſua deo oblati ſunt/ nõ tenenť offerre. Viri aũ mulieres offerũt. ipſi eñi fortes in xp̃o deſignãt. ſ. martires/ q̃ in ꝑmitiua eccłia plures contumelias paſſi/ xp̃o victimaꝫ obtulerũt dũ occubuerũt. Deĩde mulieres q̃ fragiliores deſignãt. ſ. ꝯfeſſores/ q̃ tp̃e pacis dño laudis hoſtias obtulerunt. Preterea vir caput eſt mulieris: ⁊ iõ a capite rõ eſt edẽda. Subdyaconi aũt vel acoliti recipiũt oblatões q̃ ad manũ ep̃i deferũtur/ ad notandũ q̧ ip̃e nõ ſua ſꝫ aliena manu dꝫ tp̃alia miniſtrare. Sane roman⁹ põtifex nullã oblatõem manibus tangit niſi illã q̃ ꝓ defunctis offerť: quã iõ manibus accipit vt ſuggillet errorẽ dogmatiſantiũ elemoſinas nõ ꝓdeſſe defunctis. ⁊ mi ſi oblatõeꝫ panis quã tãgit/ tũ ꝓpť reuerẽtiã ſacrificij qḋ ex pane ꝯficiť/ tũ q꞉ eſt viuificari⁹ eius q̃ de ſe dicit Ego ſuꝫ panis viu⁹. Ceteras ṽo oblatões ad pedes accipit. ꝓpter illud qḋ in actibus apłoꝝ habeť: q̃m offerebãt p̃cia eoꝝ q̃ vẽdebanť ⁊ ponebãt aũ pedes apłoꝝ: ⁊ q̃ꝛ oĩa ſua ſunt ꝓut ſub euãgelio tactũ eſt/ Et nota q̧ ꝓ defunctis offerť panis ⁊ vinũ: iuxta illud Thob. iiij. Panẽ tuũ ⁊ vinũ tuũ ſup ſepulturã iuſti ꝯſtitue. i. diſtribue. Et pecũia ſiue argẽtuꝫ exẽplo iude machabei q̃ miſit offerri. xij. milia dragmas argẽti ꝓ pctĩs mortuoꝝ. ij. Mach. xij. Et p̃cia eoꝝ ponebanť añ pedes apłoꝝ vt ꝑmiſſum eſt. Et etiã lumen ad illuminãdũ illos q̃ in tenebris purgatorij ſedẽt: q̃ſi offerẽs ip̃o facto dicat. Lux eterna luceat eis dñe ⁊c. Sane moyſes videns q̧ ꝑpłs multa obtuliſſet/ iuſſit preconis voce cãtari ne q̃s vltra offerret. Exod. xxxv. ⁊. xxxvj. ca. Nullus tñ ſacerdotũ nř tp̃is talia facere viſus eſt. In nonnullis locis parochiani ĩ die natalis dñi offerunt ſacerdotibus panes/ quos kalẽdarios vocãt ꝓpter illud qḋ legiť Leuit. xxiij. Offeretis panes duos ſacerdoti: q̃ cedũt ĩ vſuꝫ eius: ⁊ vocabitis hunc diẽ celeberrimũ atq̃ꝫ

ſanctiſſimū. Suſceptis itaqꝫ a ꝑplo oblationibus ⁊ choro offertoriū cantāte/ eps ſeu ſacerdos ad altare reuertit᷑: qm̄ xp̄s ſuſceptis fideliū votis/ cātātib᷒ turbis Oſanna ī excelſis. ī. ꝑrio īmolādo intrauit ī tēplū

De ſancta thurificatione.

Blatione miſtica de qua p̄miſſum eſt ſuſcepta/ ſtatī adolet᷑ incēſum: ꝓ qđ illđ īnuit᷑ qđ ſtatim ſubſcribit᷑ a ioħe in euāgelio/ de quo p̄miſſum eſt ꝑpe p̄ncipiū p̄cedētis tituli. Maria ꝗ. ſ. magdalena accepit librā vnguēti nardi piſtici p̄cioſi ⁊ vnxit pedes ihū: ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguēti. Et ſacerdos in modū crucis ſupducit et circūducit incēſum ſup ſacrificiū ⁊ altare vt ⁊ crucis ſignaculo ⁊ thuris incēſo/ dyabolice fraudis malignitas extricet᷑ ⁊ effugiat. Q̄ vo tertio ſupducit ⁊ circūducit incēſum deſignat ꝙ maria ter exhibuit ⁊ adhibuit vnguentū circa corpus ihū/ Pˀmo cū vnxit pedes ipſius ī domo ſimōis phariſei/ Secūdo cū in domo ſimonis leproſi ſup caput eius vnguētū effudit/ Tertio cū emit aromata vt veniēs vngeret ihm iaꝫ poſitū ī monumēto. volūtas em̄ reputat᷑ ꝓ facto: cū ⁊ pſeipām nō ſteterit q̄minus expleuerit qđ incepit/ Q̄ vo poſtmodū vndiqꝫ totū incēſat᷑ altare/ deſignat ꝙ factuꝫ illud totā reſperſit eccl'iam ſicut dñs ipſe teſtat᷑. Amē amē dico vobis: vbicūqꝫ p̄dicatū fuerit euāgeliū hoc in toto mūdo/ dicet᷑ ꝙ ⁊ hoc fecit in memoriā eius. Pōt etiam dici ꝙ altare thurificat᷑ in figurā angeli q̄ ſtetit iuxta arā tēpli habēs thuribulū in manu: de quo fumus aromatum in cōſpectu dñi aſcēdebat. Xp̄s em̄ magni cōſilij angelus carnē īmaculatā igne ſcti ſp̄us plenā ꝓ nobis ī ara crucis obtulit dño in ſuauitatē odoris/ Fumus aromatuꝫ ſunt orōnes ſctōꝝ q̄ ꝑ ardorē caritatꝭ ex paſſiōe dñi ꝓpagate ad deū pr̄em aſcēdūt: ⁊ nos ad coronā eternitatꝭ ꝑuehūt: īōqꝫ ſacerdos thurificat in modū crucis ⁊ corone. Si aūt ſemel thurificat/ recolit vnicā paſſionem. ſi ſemel coronat/ vnius denarij retributionem. ſi vo ter/ eternitatꝭ in paſſione opationem ⁊ triū ordinū glificatōem. Et iō thurificās ait Dirigat᷑ orō mea ſicut incēſum in ꝓſpectu tuo. Eleuatio ma. me. ſacrifi. veſpertinū. Moralit᷑ aūt incēſum deuotōis adolēdū eſt in thuribulo cordis igne caritatis vt odorē ſuauitatꝭ emittat: vt vicꝫ taꝫ nos ꝙ oblatio nr̄a ſimus bonus odor deo de quo dicit ſcriptura. Fungi ſacerdotio ⁊ hr̄e laudē in noīe ipſius ⁊ offerre illi incēſū d. in. o. ſ. Hoc em̄ incēſum ſacerdos accipit id eſt xp̄s acceptat: ⁊ incēſat ex eo ſacrificiū et altare. Pōt etiā dici ꝙ thuribulū quod oblationi ſacerdos ſuperponit/ ſignificat xp̄m ꝑ quē petit vt ſibi ꝓpiciet᷑ deus. Sane oībus defert᷑ incēſum: vt oſtēdat᷑ ꝙ oīa a ſacerdote facta ꝑtinēt ad omēs: Vn̄ ps. Dirigat᷑ dñe orō mea ſicut incēſum ī ꝓſpectu tuo. niſi in miſſa ꝓ defunctis. vt dicet᷑ in. vij. ꝑte ſub ti. de officio mortuoꝝ. In cōſilio rothomageñ. ī burcardo li. iij. c. vt tēpore ita legit᷑. vt tp̄e quo legit᷑ euāgeliū/ finito euāgelio ſup oblatōem incēſuꝫ ī mortem vicꝫ redēptoris nr̄i ponat᷑ decernim᷒ Leo etiā papa ſtatuit incēſum ſup oblatā poni. Quidā tn̄ heretici garrīūt nō eſſe in miſſa thurificādū: qm̄ xp̄s in cena tenenū incēſuꝫ nō fumigauit. Et eſaias. Incēſuꝫ eſt abhoīatio mihi/ Quare altare ⁊ crucifixus thurificant᷑/ dictū eſt ſub ti. de aq̄ bn̄dicte aſpſione. Poſt thurificatōem iteruꝫ digitos lauat: nec vlterius vſqꝫ poſt cōīonem cū eis q̄b᷒ ſacrā hoſtiaꝫ tractare hꝫ aliq̄d tāgat: ſꝫ poſt eius eleuatōeꝫ eos iungat: vt dicet᷑ ſub octaua ꝑticula canonis. Miniſter qꝫ trahit ⁊ ſup brachia eius informat planetā ⁊ alia indumēta. Nā ⁊ legalis ſacerdos dū ſacrificabat/ ſummitates baltei ſup humeꝝ reflectebat.

De inclinatione ſacerdotis ⁊ oſculatione altaris. ⁊ oratione

Hurificatiōis explето miſterio/ ſacerdos ſe inclinādo dicit Suſcipe ſctā trinitas

rc̄. qđ ſumit̄ de tertio daniel̄. vt vicȝ hoſtiā
offerat ex pinguedine caritatꝭ: ⁊ ſit dignus
ad ſacrificiū imolandū. Sacerdotis īclina
tio xp̄i hūilitateȝ ſignificat: q2 exinaniuit
ſemetipꝫ formā ſerui accipiēs factus obe
diēs vſqȝ ad mortē: mortē aūt crucis. Q̄ eti
am inclinās ſe ad pedes diſcipulorū poſt
ſacr̄m in cena traditū orauit ad p̄rēȝ. Poſt
ea ꝯo ſe erigēs oſculat̄ altare/ ad notandū
ꝙ ꝑ paſſionē xp̄i ꝑpl̄s liberat᷒ eſt ⁊ dn̄o ꝑpīi
recōciliatus. Vn̄ ap̄ls ad ephe. iij. Faciēs
pacē vt recōciliet ambos in vno corꝑe deo
Cōſeq̄nter ſacr̄m incepturus orat p̄mū ꝓ
ſe: deinde ꝓ ꝑpl̄o. ꝯuertēs em̄ ſe ad illū ſub
ſilētio dicit Dn̄s vobiſcū. ſicut dictū ē ſub
ti. de ſalutatōe. Et mox voce aliq̄ȝtulū: ele
uata: vt orō oīm auxiliet̄ ei: q̄ſi nō p̄ſumēs
ꝙ ſolus poſſit tātū miſteriū exequi: monet
illū dicēs Orate ꝓ me fratres ⁊c. ⁊ ego p̄ro
vobis. In quo ſignat̄ illđ qđ xp̄s diſcipu
lis ſuis dixit. luc̄. xxij. Orate ne intretis in
tēptatōem. Et ibidē. Ego ꝓ te oraui petre
Monet aūt orare vt ſacrificiū fiat deo ac
ceptabile. Et ꝑpl̄s debꝫ ſil̄r ſecrete orare: re
ſpōdens. Memor ſit dn̄s oīs ſacrificij tui
et olocauſtū tuū pingue fiat. Vel reſpōdet
Suſcipiat dn̄s ſacrificiū ⁊c̄. Vl̄ dicat. Spi
ritus ſanctus ſuꝑueniet in te. Vl̄ illđ. Mit
tat tibi dn̄s auxiliū de ſancto. Vel Immo
la deo ſacrificiū laudis. Debemus em̄ pro
inuicē orare ſ̄m ap̄l̄m iacobū vt ſaluemur
Orauit em̄ ⁊ xp̄s p̄mū ꝓ ſe. Pater inquit
venit hora clarifica filiū tuū vt filius tuus
clarificet te. Deīde ꝓ ꝑpl̄o dicēs Pater ſā
cte ſerua eos quos đ diſti mibi vt ſint vnū
ſicut ⁊ nos/ Dicturus ḡ Orate pro me fra
tres/ ſe vertit ad ꝑpl̄m: q2 ipꝫ diſtincte allo
quit̄. Sꝫ dicturus Oremus poſt dn̄s vo
biſcū/ ſe ad altare ꝯuertit: q2 tūc nō diſtin
cte ſꝫ ꝑ modū ꝯceptōis ad aliq̄d excitat ad
ſecū orandū ſeu gr̄as referendū. Monito
itaqȝ ꝑpl̄o/ ſacerdos ſtatim reuoluit̄ ad al
tare ꝑ ſiniſtrā partē. ꝓut ſub ti. de ſaluta
tione ad ꝑpl̄m dictū eſt. Et tūc tādem dicit
orōnē quā intermiſerat ab offertorio citra
q̄ū dixit Oremus. ad notandū ꝙ xp̄s iteꝝ

redijt hieroſolimā ad domū orōnis quaȝ
ad tp̄s deſeruerat cū receſſerat in effrem.
Sic em̄ legit̄ in euāgelio. Cū veniſſet ih̄us
hieroſolimā intrauit in templum ⁊ eiecit
emētes ⁊ vēdētes de tēplo dicēs Domus
mea domus orōnis vocabit̄. Inſtat em̄ ſa
cerdos orōnibus ne indignus īueniat̄. vt
oza q̄ tetigit temere arcā dn̄i ⁊ ꝑcuſſus eſt
a dn̄o: nec legit̄ aliud feciſſe niſi vxorē ꝓp̄ā
cognouiſſe in nocte p̄cedēti. Bethſamite
q̄ȝ q2 temere voluerūt arcā dn̄i tāgere: occi
ſi ſunt de ꝑpl̄o. lxxxviij. de plebe q̄nquagī
ta milia. Precioſa arca eſt calix dn̄i. Orat
aūt voce demiſſa. Primo ne vileſcat offici
um miſſe. ⁊ iđ orō ipa q2 ſecrete di a q̄buſ
dam ſecreta. a q̄buſdā ſecretella: ad diffe
rentiā maioris ſecrete: a q̄buſdā ꝯo ſacra
vocat̄. De quo ⁊ hmōi ſilētio ſub ti. de ſe
creta dicet̄. vt dictū eſt ſub ti. de offertorio.
Secūdo orat ī ſilētio vt deuotius oret. nec
cogitet quō ei᷒ vox ⁊ corꝑis geſtus placeāt
ꝑpl̄o. q2 ⁊ dn̄s elōgat᷒ ē a diſcipl̄is q̄ntū cō
tinꝫ iactus lapidis vt oraret/ Tertio in hꝰ ꝙ
ſecrete orat: ſignificat ſecretas p̄ces xp̄i di
cētis. Pater mi ſi fieri pōt trāſeat a me ca
lix iſte. math. xxvj/ Quarto hoc ſilentiū re
colit ſacr̄m in ſacrificijs patrū abſcōditū
vt in abel. iſaac in agno paſchali: in vitu
la rufa in hirco emiſſario/ Quīto in hoc re
p̄ſentat̄ ſilētiū qđ dn̄s habuit in paſſione.
q2 tanq̄ȝ ouis ad occiſionē ductus ē. quod
etiā martires imitati ſunt. Vn̄. Non mur
mur reſonat nec querimonia ⁊c./ Sexto iđ
orōnes q̄ poſt oblatōes ſequūtur in ſilētio
et ſecrete dicūt̄. q2 iudei ſtatim poſt ſuſci
tatōem lazari voluerūt occidere ih̄m: ille
vero abſcōdit ſe in ciuitate effrem in ſoli
tudine ⁊ tacuit a p̄dicatōe ⁊ miraculorum
oꝑatōe vſqȝ in ſabbatū in ramiſ palmarū
quo venit in domū ſimonis leproſi ⁊ tunc
p̄dicauit apte: ad qđ deſignādū ſacerdos
in fine ſecrete iteꝝ eleuat vocē dicēs palaꝫ
et alta voce Per oīa ſecula ſeculoꝝ. qđ ex
poſitū eſt ſub ti. de orōne/ Secūdo iđ dicit
alte Per oīa. ad notādū ꝙ poſt reſurrecti
onem xp̄s p̄dicauit apte/ Tertio q2 eſt p̄n

cipiũ ſeq̃ntis oꝛonis vt iã dicet̃. Quia vo
querit aſſenſum ppl'i ꝛ ↄfirmatõem. q꞉ ipſe
eſt quaſi legatus ppl'i. iõ ppl's aſſentiẽs vo
ci eius dicit Amen. q꞉ ſeculũ ꝑ ipm creatũ
eſt. Adhuc dicturus Per oĩa ſecula ſeculo
rum deponit manus ſuꝑ altare/ Primo ad
notandũ ꝙ oẽm cogitatũ tẽpoꝛalẽ depo-
nit ꝛ ſe totaliter deo cõmittit: ĩmolationi
dũtaxat tota mẽte intendẽs/. Secũdo ma-
nus deponit. cũ eñ tũc ad coꝛdis eleuatio
nẽ ꝛ ad gr̃arũ actõem inuitat: ꝛ eleuatõez
coꝛdis ꝑ ↄtẽplatõem ꝓcedere debeat exer
citiũ bone opationis: quã manuũ depoſi-
tio ſignificat. de qua opatione poſtea gra-
tias referimus ei q̃ in nobis incipit opus
bonũ. vt perficiat ſicut dicit apoſtolus. id
circo tunc manus deponit.

## De pꝛefatione

**Ate pꝛefationem de**
ſcribit ĩ libꝛis quedã figura re
pꝛeſentans ex parte anterioꝛi
litterã v. ex parte vero poſterioꝛi litteram
d. que due littere ↄiũcte ꝓ vere dignũ po-
nuntur. littera vicꝫ ꝓ dictioné. Sane ꝑ lit
teram v. que inferius clauſa ꝛ ſuꝑius aper
ta eſt: habens initiũ a linea lõgioꝛi. huma
nitas ſiue humana xp̃i natura que in vir-
gine p̃ncipium habuit: ſed fine carebit. ꝑ
d vo circulariter clauſũ: diuinitas ſeu di
uina natura: q̃ nec p̃ncipiũ nec finẽ habet
figuratur. Tractus vero ĩ medio vtranqꝫ
partem/ crux eſt ꝑ quã diuinis aſſociant̃ ꝛ
vniunt̃ humana. Ideo ergo hec figura in
p̃fatõis p̃ncipio ponit̃: q꞉ ꝑ miſteriũ vnio
nis ꝛ dñice paſſionis pacificãtur homĩes
angelis. ſociant̃ humana diuinis in. p̃co
nio ſaluatoꝛis. In p̃fatõibus eñ omĩbus
ↄueniũt hoĩes ꝛ angeli ad ↄcinendũ p̃co-
nia regi. Vñ ꝛ alta ꝛ delectabili voce cãtã
tur: q꞉ ĩ eis angeloꝝ pꝛeconia rep̃ñtant̃. Et
cãtant̃ coꝛã altare ꝛ a ſolo ſacerdote. iuxta
illud Apoc. iiij. Et cãtabãt quaſi cãticũ no
uũ añ ſedé. ꝛ nemo poterat dicere canticũ
niſi ꝛc. Siquidẽ hec oꝛo vocat̃ p̃facio. q꞉ p̃
cedit ſacrificiũ p̃ncipale. Eſt eñ quaſi p̃lo
cutio. i. ad miſteriũ p̃paratio. p̃locutio vicꝫ
totius oꝛonis ſecuture. a Te igitur vſqꝫ ad
Agnus dei/ In hac eñ p̃loq̃tur ſacerdos
grates ꝛ laudes deo vt melius ad ↄſecran
dum coꝛpus xp̃i valeat ꝑuenire/ Vocatur
etiã p̃paratio q꞉ p̃parat fideliũ mẽtes ad
future reuerentiã ↄſecratõis. Dicit̃ etiam
hymnus angelicus. q꞉ angelicis laudibus
eſt plenus. Verum tñ ſacrificiũ vocat̃ in ſe-
cretella oblatio. ſꝫ a Dñs vobiſcũ/ qḋ ſta-
tĩ poſt illã ſequit̃ vſqꝫ ad Sanctus/ vocat̃
hymnus. Sane ſicut ĩ pꝛimo titulo dictũ
eſt: in fine ſecretelle dicitur alta voce Per
oĩa ſecula ſeculoꝝ: qḋ ſiquidẽ eſt finis illi-
us oꝛonis ꝛ initiũ p̃fatiõis: ꝑ qḋ ſacerdos
inſinuat ꝙ xp̃s eſt lapis angularis q̃ fecit
vtraqꝫ vnũ. iudeos ↄtinẽs. ꝛ gẽtiles. vt ſit
vnũ ouile. ꝛ vnus paſtoꝛ/ Dicturus ergo
ſacerdos rem attẽtione dignillimam ſalu
tat ppl'm dicẽs Dñs vobiſcũ. optans nos
tales exiſtere cũ q̃bus dñs manere dignet̃.
et illud nobiſcũ celebꝛare ↄuiuiũ ad quod
mulier attulit alabaſtrũ vnguẽti nardi pi
ſtici p̃cioſi ꝛ effudit illud ſuꝑ caput dñi re
cumbentis. Et ppl's rñdet dicẽs Et cũ ſpũ
tuo. ꝛ ſic mutuo ꝓ ſe oꝛant. Nã ꝛ in veteri
teſtamẽto oĩs ſacerdotes oꝛabãt dũ con-
ſummaret̃ ſacrificiũ/ ionatha incohoante ꝛ
ceteris rñdẽtibus/ Poſtea ſtatĩ ſacerdos
eos incitãs ſubiungit Surſum coꝛda. i. in
celeſtibus non in terrenis. ꝛ eleuat manus
ꝓpter rationes ſub titulo de oꝛatõe ſcrip-
tas ad finez. Choꝛus reſpõdet Habemus
ad dominum. i. habere debemus. Unde
in canone cypꝛiani p apeꝛta dicitur: Ideo
ſacerdos ante oꝛationem canonis pꝛefati-
one pꝛemiſſa parat fratrũ mentes dicẽdo
Surſum coꝛda. vt dum plebs reſpon-
det Habemus ad dominum/ ammoneatur nihil aliud ſeq̃ꝫ dominum cogitare de
bere. Rurſus ideo choꝛus reſpondit Ha-
bemus ad dominum. vt etiam vere ſicut
mulier illa vnguentaria ſurſum ad illam
verbi diuinitatem coꝛ eleuet: ꝛ illud caput
equale deo patri fide contingens: vnguẽ-

to catholice ꝓfeſſionis pungat. Cuius ſane p̄conium ſacerdos ꝓſequit̃ dicēs. Gratias agam⁹ dn̄o deo nr̄o: qꝛ ꝓ oībus bn̄ficijs q̄ nobis ↄtulit g̃tes ei referre d̄bemus. Chorus ſcꝫ rn̄det Dignū ꝛ iuſtū eſt. qm̄ grās oīpotēti deo referre debemus. Sequitur. per xp̄m dn̄m nr̄m. ſupplendū eſt ↄfidentes ꝛ credētes q̄ ꝑ xp̄m maieſtatē eius laudant angeli: adorāt dn̄atōes: tremūt poteſtates. Hoc ſacre ↄfeſſionis p̄conium ita recte ↄ̄clu dit eccl'ia vt cū angelis ꝛ hoībus decātet huc deuoti pectoris hymnū. Sāctus. ſctūs ꝛc. de quo infra dicet̃. Pōt etiā p̄fationis officiū ad illō referri: qꝛ ihs aſcēdit ī cenaculū magnū ſtratū: in quo multa locutus eſt cū diſcipulis ſuis: ꝛ grās agēs hymnū retulit deo patri. de quo dicit matheus. Et hymno dicto exierūt ī mōtē oliueti. Ergo ꝑ Dn̄s vobiſcū / orō quā diſcipulis fecit accipit. ꝑ Surſum corda / aſcēſus ad cenaculum. Iterū ꝑ Surſum corda / ad ↄfitendū filio ſurgimus: ꝛ angelorū miſteriū imploramus q̄ vota nr̄a ſuſcipiāt ꝛ ad eū ꝑferāt ꝑ Grās agam⁹ xp̄i recolim⁹ grarū actōem ꝛ īuitamus pp̄l'm ad agēdū grās deo pr̄i ꝑ filiū ꝑ quē redimimur. et cū angelis ad laudandum admittimur. Monet ḡ ſacerdos pp̄l'm ſurſum. i. ſup̄ ſemetipm̄ habere vel leuare corda ad dn̄m: iuxta exhortationem apl'i dicētis Que ſurſuꝫ ſunt querite nō q̄ ſuꝑ terrā. Nā q̄ in terrenis ſūt / nihil dignū deo offerre pn̄t. vbi em̄ eſt theſaur⁹ tuus ibi ē ꝛ cor tuū. Multi quidē dū ore loquūtur celeſtia: corde meditant̃ terrena: q̄bus dn̄s īpropat ꝑ ꝓpham dicēs Pp̄l's hic labijs me honorat: cor aūt eorū lōge eſt a me. Chorus v̄o rn̄dēs / ↄfitet̃ ſe ſacerdotis monita ſuſcepiſſe dicēs. Habemus ad dn̄ꝫ Vn̄ diligēter ꝓuideat ne cor hn̄s deorſuꝫ ad ſcꝫ / ſpūi ſctō dānabilit̃ mētiat̃. Sacerdos etiā poſtq̄ꝫ attētos reddidit ꝛ deuotos hortat̃ vt grās agamus dn̄o deo nr̄o. qm̄ ip̄e eſt deus. i. creator. ip̄e eſt dn̄s. i. redemptor. ip̄e eſt nr̄. ſ. ſaluator. Tūc em̄ erit veriſſime nr̄ / cū erit oīa in oībus. i. ſufficientia ſingulorū. Rurſus qꝛ pp̄l's ↄfeſſus eſt ſe intentū eſſe ad dn̄ꝫ: iō p̄ſbiter ſubiūgit Grās agamus. Chorus v̄o ſacerdotis v̄bū approbās ꝛ affirmās rn̄det Dignū ꝛ iuſtum eſt Dignū q̄dē q̄ꝫtū ad deū: qꝛ ip̄e ē dn̄s deus nr̄. iuſtū q̄ꝫtū ad nos: qꝛ nos ſumus pp̄l'us eius ꝛ oues paſcue eius. Dignum quoqꝫ et iuſtū eſt q̄ꝫtū ad vtrūqꝫ: vt. ſ. pp̄l's ſil' cum ſacerdote grās agat deo a quo omīa bona ſuſcepimus. Subſeq̄nter ſubiungit ſacerdos Vere dignū ꝛc. Et ſm̄ magrm̄ petrū anthiſiodoren. hic īcipit p̄facio. i. ꝓlogus vel ꝓlocutio ſeq̄ntis canonis captās dn̄i beniuolētiā dicēs Vere dignū ꝛ iuſtuꝫ eſt equū ꝛ ſalutare. Dignū qꝛ bonus eſt. iuſtū qꝛ bn̄ficus. equū qꝛ miſericors. ſalutare qꝛ ſalus. Vel dignū qꝛ nos mera volūtate feciſti. iuſtum qꝛ nos pura miſericordia redemiſti. equū qꝛ gratuite nos iuſtificas. ſalutare. i. ſalute plenū qꝛ ꝑpetuo nos gl'ificas Nos tibi ſꝑ ꝛ vbiqꝫ grās agere: dn̄e ſancte pater oīpotens eterne deus. Vbiqꝫ em̄ eſt dn̄s ſctūs. vbiqꝫ eſt pr̄ oīpotēs: ꝛ ſꝑ ē eternus deus. vn̄ p̄s. In oī loco dn̄atōis eius benedic aīa mea dn̄o. Et iterū. Bn̄dicā dn̄ꝫ in oī tp̄e ſꝑ laus eius in ore meo. Sequit̃ Per xp̄m dn̄m nr̄m. Aduocatū em̄ habemus ſm̄ apl'm apō pr̄em ihm̄ xp̄m dn̄m nr̄m: q̄ interpellat ꝓ nobis ꝛ ip̄e eſt ꝓpiciatio ꝓ pctīs nr̄is q̄ exaudit̃ in oībus pro ſua reuerētia. Pereū ḡ q̄ſi ꝑ mediatorem laudes offerimus. ꝑ eū q̄ſi ꝑ aduocatum gratias exhibemus. Per quē maieſtatem tuā ꝛc. Maieſtas dr̄ quaſi maior ſtatus vl' maior poteſtas: qꝛ maior eſt eius poteſtas q̄ꝫ hoīm. Laudāt angeli. adorāt dn̄atōes. tremūt poteſtates. Utiqꝫ ꝑ illū laudāt adorant ꝛ tremūt / ꝑ quē ſimul cū pr̄e oms̄ ſpirituū ordines ſunt creati. Nam dixit deus Fiat lux: ꝛ facta eſt lux. Verbo dixit: ꝛ verbo fecit: qꝛ v̄bo dn̄i celi firmati ſunt. Et oīa per ip̄m facta ſunt: ꝛ ſine ip̄o factū ē nihil. Choros angelorū noīat: qꝛ angeli huic officio nō dubitant̃ adeſſe. Et ad notādum q̄ eccl'ia angelis ē aſſimilādq ad hoc vt placeat deo. Rurſus per hoc quod dicit̃ Domine ſancte pater omīpotens eterne deus

xp̄m dñm nr̄m: quē laudant angeli ado
rant dñatōes ⁊c. intelligit̄ q̄ eccl'ia ⁊ ange
li laudāt deū: nō ſolū inq̄ꝫtū deū / verūetiā
inq̄ꝫtū hoīez. Dicit ḡ laudāt. Vñ ps. Lau
date eū oēs angeli eius. Adorāt. Vñ heſ
dras. Exercitus celi te adorāt. Tremūt. vñ
Job. Colūne celi ꝯtremiſcūt ⁊ pauent ad
nutum eius. Tremere v̄o dicunt̄ nō metu
formidinis cū ſunt pfecte bti: ſꝫ āministra
tōis effectu vel obediētie famulatu: cū ſm
apl'm oēs ſint admīſtratorij ſpūs ī miſte
riū deſtinati. Tremūt q̄ꝫ ptātes: nō q̄ ordi
nes angelorum corpales ſint: ſꝫ iō h̄ dī vt ītel
ligamus oīa celeſtia terreſtria ⁊ īfernalia
añ ꝯſpectū diuine maieſtatꝭ tremere ac ti
mere: ſicut ⁊ nos tremere ac timere añ do
minos nr̄os ſolemus. Sequit̄ Celi celorū.
Per celos hic throni accipiunt: q: dn̄s ait
Celū mihi ſedes eſt. Et dicunt̄ celi laudare
deū / q: laudis materiā p̄bēt. Vñ ꝑpheta
Celi celorum ⁊ aque q̄ ſup celos ſunt laudēt
nomē dñi. Celi quidē diuine iuſſiōi obedi
unt: q: ſe oñdere ſerenos vl' nebuloſos po
teſtatē non hñt. Cherubin q̄ꝫ ⁊ ſeraphin.
Ad intelligentiā eorum q̄ hic dicunt̄ notādū
eſt nouē eſſe ordines angelorum. vicꝫ angeli.
archāgeli. throni. dñatiōes. v̄tutes. p̄nci
patus. ptātes. cherubin. ⁊ ſeraphin. An
geli grece dicunt̄ nūcij latine. ſ. excelſi ⁊ ce
leſtes: eo q̄ de celis ad annūciādū ⁊ exeq̄n
dum dñi volūtatē mittūtur. Angelorum aūt
vocabulū / officij nomē eſt nō nature: ſpūs
eñ ſunt ſp: ſꝫ cū mittunt̄ angeli vocantur
Quibus iō pictoris licētia pēnas facit: ⁊ ce
lerē eorum in cūcta diſcurſuꝫ ſignificet. ſicut
et iuxta fabulas poetarum. vēti pēnas habe
re dicunt̄ ꝑpt velocitatē. ſ. iuxta illd. Qui
ambulat ſup pēnas vētorum. Archāgeli gre
ce ſummi nūcij interp̄tant̄. Qui eñ parua
vel minima annūciāt angeli ſunt. q̄ ſūma
archāgeli nūcupant̄. Archāgeli ḡ dicunt̄
eo q̄ inter angelos teneāt p̄ncipatū. Naꝫ
archos grece / latine p̄nceps īterp̄tat̄. Sūt
eñ duces ⁊ p̄ncipes / ſub quorū ordine vni
cuiq̄ꝫ angelorū ſunt officia deputata. Qui
dam aūt archāgelorum p̄uatꝭ noībus appel
lant̄: vt p vocabula ipa in ordine ſuo quid
valeāt deſignet̄ / Gabriel nāq̄ꝫ hebraice in
terp̄tat̄ latīe fortitudo dei. vbi eñ ipa po
tentia diuina vel fortitudo manifeſtatur
gabriel mittit̄. Vñ ipe annūciauit xp̄ꝫ na
ſciturū q̄ dyabolū deuicit ⁊ hūiliter ad de
bellandas aereas ptātes venit / Michael
interp̄tat̄ q̄s vt deus. q̄ñ eñ aliquid mire
virtutis in mundo fit / hic archangelus
mittit̄: ⁊ ex ipo ope nomē eſt ei. q: nemo va
let facere qđ facere pōt deus. Vñ ipe miſ
ſus eſt in egyptū ad īmittendas illas pla
gas famoſas. Quidā tñ dixerūt q̄ micha
el eſt nomē vnius angeli / Raphael interp̄
tatur curatio vel medicina dei. vbicunq̄ꝫ
eñ curādi vel medicādi opus neceſſariuꝫ
eſt / raphael archāgelus mittit̄. Unde ad
thobiā miſſus eſt vt eū a cecitate liberaret
De gabriele et michaele ⁊ raphaele dicet̄
in. vij. parte ſub feſto michaelis / Uriel in
terp̄tat̄ ignis dei. ſicut legimus ignē appa
ruiſſe in rubo. legimus etiā ignē miſſum
deſup ⁊ impleſſe qđ p̄ceptuꝫ eſt. Hec ſunt
noīa pſonalia angelorum / q̄ nec a ſeipis nec
a deo impoſita ſunt: ſꝫ ab hoībus ⁊ neſcit̄
a quibus. nec alia pſonalia inueniūtur in
ſcriptura. Alia v̄o ſunt noīa ordinū / Cete
rum throni. dñatōes. v̄tutes. p̄ncipatus.
et ptātes. q̄bus vniuerſam celeſtē ſocieta
tem apl's cōplectit̄ ordines angelorum ⁊ di
gnitates intelligunt̄ vt iam dicet̄. Sed ꝑ
hac ipa diſtributione officiorum alij throni.
alij dñatiōes. alij virtutes. alij p̄ncipatus
alij ptātes dicunt̄: p certis dignitatibus
q̄bus ab īuicē diſtingunt̄ / Throni ſūt ag
mina angelorum q̄ latine ſedes īterp̄tant̄. et
vocati ſūt throni: q: illic ꝯditor p̄ſidet ⁊ p
eos ſua iudicia diſponit / Dñatōes ſunt hi
q̄ ⁊ v̄tutib' ⁊ p̄ncipatibus p̄eminēt: q̄ ꝑ eo
q̄ ceteris āgelorum p̄dñant̄ agmīb' / dñatio
nes vocant̄. Noīant̄ ḡ h̄ ad notādū q̄ eis
magis aſſimilari debem': q: vſuꝫ dñandi
docēt. Eſt eñ vera dñatio facere dei volū
tatem / Virtutes angelice quedā miniſte
ria p̄hibent̄: p quas ī mūdo ſigna ⁊ mira
cula fiūt / ꝑpter qđ ⁊ v̄tutes dicunt̄ / Prin

noſtrũ ẽ pax cũ inimicis eccl'ie
⁊ paciẽtia in aduerſis ad quã inuitat btũs
petrus in epiſtola huius quinte dominice
Oñs vnanimes. j. Pe. iij. c. dicẽs. Nõ red
dentes malũ pro malo ꝛc. Vñ in euãgelio
habetur de rethe petri. ſed m'ti ſunt q̃ rũ
pũt rethe beati petri. i. ↄcordiã ⁊ vnitatem
fraternã. ⁊ idõ ĩ ꝑſona tolerãtiũ incipit ĩtroi
tus Exau. do. vo. me. q̃ cla. ad te ꝛc. v̓ſus ẽ
Dominus illuminatio mea ꝛc. Illumĩat'
enĩ a deo ſaluatur ab hoſtibus qꝛ ſꝑat ĩ eo.
ꝓ p̃dicta aũt pace cũ inimicis eccleſie im
petrãda orat eccleſia in collecta dicẽs Da
nobis q̃ſumus dñe vt ⁊ mundi curſus ꝛc.
In aliquibus tñ eccl'ijs dĩ Deus qui dili-
gentibus te. ſequitur euangeliũ Luc. v. ca.
Cũ plurime turbe irruerẽt in iħm ꝛc. vbi
ſequitur Preceptor per totã noctẽ laborã-
tes nihil cepimus. Tales qui laborãt ĩ no
cte ⁊ nihil capiũt ſunt q̃ ꝓ terrenis p̃dicãt
ſequit In verbo aũt tuo laxabo rethe. hoc
facit q̃ habet ſcientiã ⁊ vitã. Talis enĩ ↄclu
dit multitudinẽ piſciũ copioſam. Unđ in
pricipio tot capti ſunt boni ⁊ mali q̄ rethe
rũpitur ꝑ qđ ſignificatur q̄ eccl'ie vnitas
in hac vita rũpitur a quibuſdam. Sz poſt
reſurrectionem capti ſunt multi. ⁊ tamen
non eſt ſciſſum rethe per quod ſignificãtur
boni qui non ſcindunt vnitatem eccleſie. ⁊
ideo ĩ offertorio dicit eccleſia ſe laudare de
um qui quantum ad bonos filios dedit ei
intellectum vt non rumpat rethe. i. vnita
tem eccleſie Benedicã dominuz qui mihi
tribuit intellectum. In cõione vero diẗ ec-
cleſia ſe optare vnitatem ⁊ hãc petere a do
mino. vnam inquit petij a domino. licz ei
plura petat quotidie tñ dicitur vnũ petere

quia ad vnum finē. i. ad habēdū deū om̄ia
petenda petit. Et hoc eſt qđ ibi ſeq̄t. Hanc
req̄ram vt inhabitē in domo dñi oīb⁹ die-
bus vite mee. hoc iō dicit q2 tūc legit pali.
i. vba dierū q̄ habet eandē materiam cū li
bro regum. ⁊ ſignificat q2 q̄ in diebus ſuis
bñ rexerit ſe: habebit diea eternitatꝭ. Et at-
ten de q2 hoc offm̄ cantat circa feſtuz beati
Iacobi q̄ ſicut dr̄ in euangelio Relictis reti
bus ſecutus eſt dñm. ⁊ factus eſt piſcator
hoīm. i. ſupplantator re ⁊ nomine viciorꝫ

De dominica ſexta.

Uia vero non va
lent omnia p̄dicta niſi fiat etiā
plena iuſticia fidei ⁊ ī nouitate
vite iō ī hac ſexta dñica legit ſcđs liber pa
rali. vbi habet q2 ꝯfortauit dñs ſalomonē
p qđ ſignificatur q2 dñs ſpūaliter ſuos cō
fortat dando eis fortitudinē. iō dr̄ ī officio
huius dñice. dñs fortitudo plebis ſue ⁊ ꝓ
tector ⁊c. v̄ſus eſt Ad te dñe leuaui aīaz me
am. q2 ab ipō eſt oīs fortitudo ⁊ tūc bñ re-
gimus regnū noſtrū qđ maxime fit ſi ten-
dat homo ad ꝓmiſſiōes dei. vñ dr̄ in oīoe
Deus q̄ diligētibus te bona īuiſibilia pre
paraſti ⁊c. In ep̄la aūt Quicūq3 baptiſati
ſumus ⁊c. ad Ro. vj. c. hortat nos paulus
vt ī nouitate vite ābulemus. alit em̄ nihil
valēt alia. ⁊ vt hoc poſſim⁹ orat ecc̄ia in
rñſorio Cōuertere dñe aliq̄ntulū ⁊c. Ille ve
ro q̄ ābulat ī nouitate vite ꝑparat ſe ad lau
dādū deū. ī p̄nti ⁊ ī futuro. vñ ſeq̄t all'a. Te
decet hīnus de⁹ ī ſyon. Ad hāc orōez vł ꝑ-
fectionē hortamur ī euāgelio. math. v. ca.
Niſi habūdauerit iuſticia vr̄a ⁊c. Et ſeq̄t
ibi Si offers munus tuū añ altare ⁊c. ⁊ h̄
q2 nō pōt hō facere ſine auxilio dei. iō orat
ī offertorio Perfice greſſus meos ī ſemitis
tuis ⁊c. ⁊ q2 talia pōt offerre ideo ſeq̄tur in
poſtcommunione. Tollite hoſtias.

De dominica ſeptima.

Equitur ſeptīa do
minica ī qua legunt libri ſalo-
monis vt parabole Ecc̄s. canti
ca li. ſapiētie quē philo cōpoſuit ⁊ eccleſia
ſticus quē ihūs filius ſirach edidit. ⁊ tñ ſa
lomoni attribuit. Hi libri q̄ ſunt de operi
bus ſapiētie ſalomonis legūtur a kalēdia
auguſti vſq3 ad kalēdas ſeptēbris. q2 men
ſis iſte calidus eſt. ⁊ eſtū ſignificat viciorꝫ
in quo nos oportet ſapiēter regere ſicut in
medio nationis praue ⁊ ꝑuerſe. vł q2 men
ſis iſte ſcꝫ auguſtus ſextus eſt. vñ ſextil' añ
auguſtum ceſarē vocabat. ⁊ verus noſter
ſalomon ī. vj. etate venit q̄ fecit vtraq3 vnū
q̄ fuit dei v̄tus ⁊ dei ſapiētia q̄ docuit nos
ſapiēter viuere ⁊ docere. Hic eſt xp̄s rex re
gum q̄ ſeptē panibus ⁊ paucis piſcibus vt
legitur ī euāgelio hodierno. Satiauit eos
q̄ de longe venerāt ⁊ eū triduo ſuſtinuerāt
Rurſus in hac dñica īcipit ecc̄ia pabolas
ſalomonis. Poſt feſtuz em̄ trinitatis legit
liber regum. qm̄ homo qñ trinitatꝭ ſimili-
tudinē hꝫ fit rex ⁊ ſacerdos. Uñ ꝓponunt
ei exempla de regibus ⁊ ſacerdotibus. Si
cut ſub p̄ma dñica eſt. Poſtea v̄o ſequūtur
libri doctrinales. ꝓponūtur em̄ exēpla do
ctrinis. q2 plus mouēt facta q̄3 dicta. Act.
j. Cepit ihūs facere ⁊ docere. ⁊ ſic ordinant
libri ad ſe iuicē vt p̄cedāt libri exēplares re
gum ⁊ pali. Et ſequūtur libri doctrinales
ſalomonis q̄ doctrina eſt refectio ſpūal' de
qua habet ī euāgelio huius. vij. dñice. de
hoc dicet ſub dñica. xj. ⁊. xx. Et q2 huic do-
ctrine bonis opibus rñdere debemus. īci-
pit introitus Omnes gētes plaudite ma-
nibus. Et beatus paulus īuitat nos ī ep̄la
ad Ro. vj. ca. vt rñdeam⁹ illi doctrine ſer-
uiendo deo dicēs Humanū dico ꝓpter in
firmitatē carnis veſtre. Uñ ⁊ ī q̄buſdā ec-
cleſijs ſeq̄tur rñſorium Beata gens cuius
eſt dñs deus eo2. i. q̄ deuz habet ꝓ dño ei
ſoli ſeruiendo. Et ſeq̄tur v̄ſus Uerbo dñi
i. doctrina dñi. celi firmati ſunt. i. maiores
ſicut apoſtoli ⁊ alij ſancti. Seq̄tur ī q̄buſ-
dam ecc̄ijs all'a. Attendite popule meus
legem meā. lex eſt illa refectio. Illa autem
refectio oſtenditur in euangelio. mar. viij.
Cum turba plurima ⁊c. Et eſt notandum
q2 ibi dr̄ q2 q̄dam de longe venerunt ſcilicꝫ

illi qui de peccatis enormibus redierunt ⁊ penituerũt. Qui em̃ in pctõ mortali eſt nõ habet q̃d manducet. erãt aũt quattuor milia. ſ. hñtes quattuor cardinales v̈tutes. et comederũt ⁊ ſaturati ſũt q: lex dñi ſatiat. ⁊ remãſerũt. vij. ſporte. Septem ſporte ſunt p̃dicatores hñtes. vij. dona ſpũſſcti. reficiẽtes alios. In alijs v̈o eccl'ijs legit̃ euãgelium Attendite a falſis ꝓphetis. q: v̈o hñs hanc doctrinam videt in q̃to piculo ſit cõſtitutus videt em̃ ſe eſſe ĩ fornace babilõis iõ ĩ offertorio Sicut holocauſtũ ⁊c. daniel' iij. ca. petit ſe liberari ⁊ vtitur voce triũ puerorũ. In poſtcõmunione v̈o Inclina aurem tuã ⁊c. petit liberationẽ accelerari.

De dominica octaua.

Equitur octaua dominica ĩ qua docet nos eccl'ia vitare omnẽ vanitatẽ. hic em̃ debet eſſe effectus doctrine ĩ nobis. q: doctrina docet nos fieri ſpũales ⁊ remoueri a carnalibus deſiderijs ad ſimilitudinez beate v̈ginis cuius feſtũ ĩſtat. vñ introitus incipit Suſcepimus deus mĩam tuã. i. filium tuũ ihm xpm nobis ex mĩa datum in medio tẽpli tui. i. in cõmuni eccl'ia tua ſm nomen tuũ deus. Deus em̃ vbiq: noĩat. ſic ⁊ laus tua in fines terre. i. vbiq:. Templũ etiam eſt beata v̈go ĩ qua vere ſuſcepim⁹ dei mĩam. vñ circa eius feſtum rõabiliter pñs cãtamus offm̃ cũ ſit tẽplũ dñi ⁊ ſacrarium ſpũſſcti. Seq̃tur epl'a. ad Ro. viij. c. Debitores ſumus nõ carni. vt ſm carnem viuamus ⁊c. in qua docemur conculcare omnẽ carnalitatem. ⁊ ad oſtendẽdum q: hoc poſſumus: ſequitur. Non em̃ accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis iterum in timore. ſed accepiſtis ſpm̃ adoptionis filiorum quo guſtato deſipit oĩs caro. ſed q: nõ poſſunt hec fieri niſi dñs ꝓtegat. iõ orat in graduali. Eſto mihi in deũ ꝓtectorem. Rurſus q: nõ põt habere hec omnia niſi q̃ gaudet in dño ideo ſequitur all'a. Exultate deo adiutori noſtro. Gaudium em̃ ſpũale excludit omnẽ carnalitatem q: v̈o q̃dam ſunt caſti ⁊ humiles ſed ficte. ab his docet caueri ĩ euãgelio. mathei. vij. ca. Attẽdite a falſis ꝓphetis qui p̃tendunt caſtitatem ⁊ ſunt luxurioſi. vl' ꝓpter humanaz laudẽ ſunt caſti ſicut fatue v̈gines q̃bus dr̃ Amen dico vobis neſcio vos ſed dominus humiles vere ſaluat vnde ſequitur offertoriũ Populum humilez ſaluum facies domine ⁊ oculos ſupborũ humiliabis. q: v̈o p delicias ſpũales omnia cõculcamus. ideo dr̃ in poſtcõmuniõe Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs ⁊c.

De dominica nona.

Oſtmoduz ſequitur nona dominica in qua legitur liber ſapientie. Sapiẽtia autez eſt cogitare de celeſtibus ⁊ leuare cor ad illa. Vñ monet nos ad hoc ⁊ maxime propter feſtum aſſumptionis beate marie virginis qđ inſtat qñ. ſ. aſſumpta eſt in celum ⁊ q: homo ſe ſup ſe leuare nõ põt niſi eum dñs trahat. iõ dr̃ in ĩtroitu Ecce deus adiuuat me ⁊ dñs ſuſceptor eſt aĩe mee. i. ſurſuz captor. ſic em̃ itur ad celeſtia nõ paſſibus corporis ſed aſſimilatione mẽtis ad deum in quo vitantur omnia mala de q̃bus ſeq̃tur in epl'a. j. ad cor. x. ca. Non ſimus cõcupiſcentes malorum ⁊c. poſtea ſequitur ibi Fidelis deus qui non patietur vos tẽptari ſup̃ id qđ poteſtis. ſed faciet cum temptatione ꝓuentum vt poſſitis ſuſtinere. p̃us tamen timorem incutit dicendo. Qui ſtare ſe putat videat ne cadat. In graduali v̈o q̃ ſurſum rapit̃ reddit grãs deo dicens. Dñe deus noſter q̃z admi. eſt no. tu. ĩ vniuer. ter qm̃ el. eſt magni. tua ſu. ce. ſ. non tãtum in xpo ⁊ beata v̈gine. i. ſup celos materiales ⁊ ſpũales. verũ etiaz in ſanctis ſuper celos materiales. In euangelio. luce. xvj. monet vt ſi non poſſumus p nos volare ad celuz faciamus nobis amicos de mãmona iniq̃tatis. i. de diuitijs inequaliter poſſeſſis dicens Homo quidam habebat villicuz ⁊c. Homo iſte ſciuit ſic p prudentiaz carnis diſpõere q: amor⁹ a villicatiõe fuit receptus in domibus dñi ⁊ hoc p iniquitatem frau

dis. Si ergo ille laudatur q̃ per iniquitatē fraudis ſciuit ſibi in futurꝫ ꝓuidere: multo magis laudabit dñs eos q̃ dāt elemoſinaſ q̃d eſt prudētia ſpūs. de qua dicit apl's Eſt vita ⁊ pax. q̄ hō ſibi ꝓuidet in futuro. poſt ea ſeq̄tur. Quia filij huius ſeculi prudētiores ſunt filij lucis in generatōe ſua. i. ī his q̄ ꝑtinēt ad generatōem ſuā. i. circa tēporalia. Et ego dico vobis. facite vobis amicos de mā̄mona iniq̄tatis: vt cū d̄feceritiſ. ſ. moriendo / recipiāt vos ī eterna tabernacula q̄ ſunt ſua. Vñ bt̄i paupes ſpū q̄m ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. ⁊ q̄ nō tm̄ p elemoſinas ſꝫ etiam p oīones volamus ad celeſtia: iō ē all'a Dñe deus ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te. q̄ xo hec tabernacula p opa iuſticie habent / ſeq̄tur offertoriū Juſticie domini recte letificātes corda ⁊c. quo aūt ordine hec fiant oſtēdit in poſtcōione Primuꝫ querite regnū dei. math. vj. c.

De dominica decima.

## A dominica decīa

legitur eccleſiaſticus q̃ incipit Oīs ſapiētia a dño deo eſt. vbi oſtendit q̄ nō ſolū ſapiētia ſꝫ etiā omīa bona ſunt a deo. ⁊ ideo ab eo ſolūmodo ſunt petēda ⁊ ad eū debemus clamare: ⁊ iō incipit introitus Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā. Et q̄ debemus ipm ſolū orare ſeq̄tur verſus Exaudi deus oīonez meā Et oratio in q̄buſdā eccl'ijs Pateāt aures miſericordie tue dñe precibus ſupplicantium. Jn qua collecta patet quis rogans dignus ſit exaudiri. Vñ ſeq̄tur ibi. Et vt petētibus deſiderata ꝯcedas: fac eos q̄ tibi ſunt placida poſtulare. Et oſtēditur in epiſtola Scitis quoniam ⁊c. prima ad cor. xij. ca. q̄ oīa bona ſunt a deo: ⁊ ideo ei ſunt exhibende gratiarum actiones. Unde enumeratis omnibus donis dicit Hec autē omnia operatur vnus atq̄ idem ſpiritus diuidēs ſingulis ꝓut vult. ſed q̄ bonū cito amittitur quod non a largiente cuſtoditur ſicut dicit grego. ideo ſequit̄ reſponſoriū Cuſtodi me dñe vt pupillam oculi. Jtem quia ad illum ꝯfugere debemus a quo oīa bona habemus Sequit̄ alleluya Domine refugiū factus es nobis. Jn alijs eccl'ijs dicit̄ alleluia Te decet. Euāgeliū vō q̄d eſt in q̄buſdam eccleſijs Cum appropinquaret. Luce xix. c. eſt de ſimoniacis: qui iniuriāt̄ ſpūſcō ſcꝫ in hoc q̄ vēdunt ea que ipſe dat gratis vel ad volūtatē ſuam tn̄ huūt. ac ſi ab illis eſſent illa bōa ⁊ nō a ſpūſctō. Et nota q̄ h̄ euāgeliū in quo hierl'm deſtructio p̄dicat̄ in auguſto legit̄: q̄ prius a nabuchodonoſor: poſtmodū a romanis in hoc menſe deſtructa fuiſſe inuenitur. Jn alijs vero eccleſijs legit̄ Dixit ihs ad quoſdā. ſequit̄ offertoriū Ad te domine leuaui aīam meam. q. d. nō ad ſimoniacos. nō ad p̄latos prauos nō ad quoſdaꝫ fatuos ⁊ ſimulatos religioſos q̃ faciūt ſe a ſimplicibus adorari ſꝫ ad te a quo oīa bona ſunt ⁊ q̄ tūc acceptat de' oīa opera noſtra quādo ſperamus in ipſo ideo ſeq̄tur poſtcōmunio Acceptabis ⁊c.

De dominica. xj.

## A undecima dnica

incipit eccl'ia legere Job qui ſimiliter eſt liber exemplaris. ſed eſt exemplum perfectionis id eſt perfece ſapiētie que nō habetur niſi per predictaꝫ refectionē doctrine ſpiritualis. nam refectio facit ſpiritualiter fortes: ⁊ ideo poſt libros ſalomōis legit̄ liber Job Jn ordine aūt biblie omnes libri exemplares ſcilicet Ruth Job ⁊ Thobias. Judith ⁊ Heſter p̄cedūt libri doctrīales ſalomonis propter p̄dictā rationē. de quo etiā dicet̄ ſub dominica. xv ⁊ quia vnanimitas facit fortes ⁊ patiētes ſicut fuit iob ⁊ concordes ſicut fuerunt filij Job qui faciebāt ꝯuiuia per domos vnuſquiſq̄ in die ſuo. ideō incipit introitus Deus in loco ſancto ſuo. i. in humilibus. Eſa. Super quem requieſcet ſpūs meus niſi ſuper humilem ⁊ q̄etum ⁊ tremētem ſermones meos ⁊ ſi deus eſt cū eis nullus poteſt eis ꝑualere. Deus ei habitare facit vnius moris in domo. i. concordes ⁊ vnanimes quales fuerunt filij iob q̃ dabant ſibi iuicē

comedere. vnde eſt verſus. Exurgat deus
ꝛ diſſipent̄ inimici eius. qꝛ foꝛtitudo noſtra
nihil valet niſi dñs nobiſcū cooperet̄ imo
pꝛīcipaliter operetur. In epl'a Notum vo
bis facio. euāgeliū que eſt. j. coꝛ. xv. oſtēdit
beatus paulus humilitatem. vnde ſequit̄
ibi. qui nō ſum dignus vocari apoſtolus.
Et ꝓpter hāc humilitatē raptus fuit vſqꝫ
ad tertiū celuꝫ In rñſoꝛio q̄ꝫ ſequit̄ vox hu
miliū In deo ſperauit coꝛ meum ꝛ adiut'
ſum. ꝛ in verſu Ad te dñe leuaui aīam me
am. ꝛ qꝛ ex tali ſpe ſequitur exultatio. ideo
in quibuſdā eccleſijs eſt alleluya. venite ex
ultemus dño. Euangelium vero eſt de hu
militate ꝛ eius effectu Duo homines aſcē
debant ꝛc. luc. xviij. c. vnde ſequitur Pha
riſeus dicebat Dñe nō ſuꝫ ſicut ceteri hoīꝫ
ꝛc. Ecce ſupbia ſeqt̄. Publicanus dicebat
Deus propitius eſto mihi peccatoꝛi. Ecce
humilitas. ꝛ ideo abijt iſte iuſtificatus ī do
muꝫ ſuā ab illo quia vero humilitatem ſe
quitur exaltatio. Qui eñi ſe humiliat exal
tabitur. ideo ſequitur offertoꝛium. Exalta
bo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me. i. ſurſuꝫ cepiſti.
q. d. Exaltabo te qꝛ exaltaſti me. poſtcōmu
nio eſt Honoꝛa dominū de tua ſubſtantia
ꝛc. puer. iij. c. Hoc ad litteram facit hūilis.
dat em̄ libēter pauperibus ꝛ h̄ eſt honoꝛa
re dominū qui ipe p̄cipit vt detur pauperi
bus vel honoꝛa dñm ꝛc. i. oīa bōa tua deo
attribue. ꝛ h̄ eſt ꝓpꝛiuꝫ humiliū. Hec poſt-
cōmunio cōgrue hoc tp̄e canitur quando
frugibus hoꝛrea ꝛ vino cellaria plēa redū
dāt. quibus deuote dominus honoꝛatur.

De dominica. xij.

## Vndecima dominica

eſt de oꝛatione ꝛ quaſi exprimit̄
iob oꝛās ꝛ ſedēs in ſterquilinio
cōquerendo de falſis amicis. Legit̄ ei iob
in duabus dñicis. iob q̄ dēī ſterq̄linio mo
raliter eſt aīa in moꝛtali pctō ꝛ fetido. ī quo
dū reſidet nō reſtat niſi oꝛare deuꝫ vt ipaꝫ
ab eo eripiat. vnde incipit introitus Deus
ī adiu. me. intē. do. ad adiu me fe. confundā
ꝛ reuere. q̄ que. a. meā. In offertoꝛio aūt oñ
ditur efficatia oꝛonis. ꝛ totuꝫ offertoꝛiū eſt
oꝛo moyſi ſumpta de exo. quando rogauit
ꝓ filijs iſrael q̄ fecerunt vitulū cōflatilem.
ꝛ incipit Precatus eſt moyſes ī conſpectu
dñi dei ſui ꝛc. qui moyſes ſeipm̄ expoſuit
pꝛo ſalute populi dicens domino. aut di-
mitte eis hanc noxam aut dele me ꝛc. ꝛ re-
duxit ad memoꝛiam merita patrum. Me
mento inquit abꝛaā yſaac ꝛ iacob ꝛc. ꝛ pla
catus factus eſt dñs de malignitate quaꝫ
dixit facere populo ſuo. ꝛ ex hoc ꝓbatur ꝙ
ſanctoꝛuꝫ merita nobis pꝛoſunt. ꝛ nota ꝙ
in hoc offertoꝛio fit v̄boꝛuꝫ geminatio. de
quo dictum eſt ſub ſecūda dominica poſt
ephiam. in epiſtola Fiduciam talem habe
mus per xp̄m ad deum. ij. ad coꝛ. iij. capit.
oſtendit aplus ꝙ oꝛatio ſua ꝛ alioꝛuꝫ bono
rum p̄latoꝛum noui teſtamenti maioꝛem
habet efficaciam q̄ꝫ habuit in veteri teſta-
mento quia etiam moyſes oꝛauit cum fidu
cia. confiſus de meritis patrum. ſed ne vi-
deatur hoc ex arrogantia facere ſubdit nō
ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliq̄d a nob
quaſi ex nobis. ſed ſufficiētia noſtra ex deo
eſt cuius miniſtri ſumus. In euangelio ve
ro oſtenditur ꝙ multum valet oꝛatio p̄la-
toꝛum qđ eſt ī q̄buſdā eccl'ijs. Dū trāſiret
ihūs p medios fines decapoleos adducūt
ei ſurdum ꝛ mutū. ꝛ ſanauit eum dñs. mul
ti ſunt ſurdi qui nolunt audire v̄bum dei.
ꝛ multi muti q̄ nolunt loqui ꝛ poſſunt. ſi-
militer hos debent p̄lati per p̄dicationem
adducere ad dñm in confeſſione ꝛ oꝛo ſal-
uabit eos vñ ī pſona ſurdi ꝛ muti cātat̄ in
graduali. Bñdicā dñm ī oī tp̄e. v̄ſus ē. In
dño laudabit̄ aīa mea. Alla monet ad hāc
laud ē. Venite exultem' dño ꝛc. de offerto
rio ſupꝛa dictū eſt. poſtcōio v̄o eſt De fru-
ctu operū tuoꝛum ſatiabit̄ terꝛa. i. p̄dicato-
res quos dñs replet pri' bonis. ꝛ ipi reple
ti alios replent. In alijs vero eccl'ijs dicit̄
euangeliū Exiens ihūs de finibus tyri qđ
eſt mar. vij. ca. pōt autem dici ſm̄ ſicarduꝫ
ep̄m cremoñ. in mitrali. ꝙ ſalomone moꝛ-
tuo regnum diuiditur. ꝛ ideo menſis ſep-
tembris hiſtoꝛis bipartitur. Pꝛima ps in.

vna hiſtoria conſolidatur alia variat᷑ q2 re
gnū iuda ī dauid familia ſtabilit᷑. ſ3 regnū
iſrael a pluribus occupat᷑. vñ ꝛ hiſtoria de
his iuſti q̄ gētibus ītermixti fuerāt compi
lat᷑. vt de iob thobia iudith. ꝛ heſter. cu3 in
pͥma ſeptēbꝛis hebdomada legatur iob
quem ipe ſcripſit cū rñſorio. Si bona in ſe
cundo liber thobie quē ipe cōpoſuit. ī ter‑
cia iudich. quē achioꝛ edidit. in quarta he
ſter quē mardocheus vel potius heſdras
cōpoſuit. ſ3 ꝛ liber heſdre poſt hec oꝑa reci‑
tatur ꝛ cū his cātāt᷑ rñſoria Peto a donay.
dñe. his tp̄ibus ꝓphetauit helyas q̄ geſſit
typū xp̄i. ſic mortuo ꝯſtātino eccl'ia ſepat᷑
vna ps eſt catholica. alia ꝑ multa ſciſma‑
ta ſepata. a q̄bꝰ catholica eccl'ia multa ad‑
uerſa ꝓ dño tolerauit ſicut illi quoꝝ oꝑa h
tpe legūtur. īter catholicos q̄dā ſunt ꝑfecti
q̄dā imꝑfecti. ꝑfecti ſunt p̄dicatores ydo‑
nei miniſtri ꝛ coopatores dei. qḋ dr̄ ī ep'la.
Fiduciā hi adducunt imꝑfectos ꝛ alienos
ſurdos ꝛ mutos ad gl'iam ihū xp̄i ſicut le‑
gitur in euāgelio. vox itaq3 ꝑfectoꝝ eſt ī in
troitu Deus ī adiu. me. itē. q̄ adiutoriū dei
implorāt vt hereticis valeāt reſiſtere. ꝛ eos
ad dei grām adducere aut ē vox īꝑfectoru3
ꝓficiētiū q̄ vt ꝓficiāt dei implorāt auxiliū
ī graduali Bñdicā ꝛ in all'a. Dñe refugiū
vox ſiq̄dem ē ꝑfectoꝝ gr̄as agentiū de illiſ
ſe a ꝑſecutione aliquotiēs temꝑantibus ꝛ
iſtis ꝓficiētibus. Et q2 moyſes fuit vnꝰ eo
rum q̄ ſe obtulerūt ꝓ pctīs ſubditoꝝ. iō in
offertorio cātat᷑. Precatus eſt moyſes. hi ꝑ
fecti ſunt illa terra q̄ ſatiata fructu operu3
dñi donis vide3 ſpū ſſancti ꝓducit ſenu3
iumētis. i. doctrinā hoībus. vñ cōmunio ē
De fructu ꝛc. ꝛ attēde q2 recte de iob ꝛ moy
ſe ſimul cātat᷑. qm̄ cōtemporanei repiun
tur per quorum exemplum ad patiētiam
ꝛ manſuetudinem inuitamur.

De dominica. xiij.

## A tredecima domi

nica legitur liber thobie ꝑ que3
figuratur genus humanum ce
cum factum per peccatum pͥmi parentis
quod non potuit ſanari niſi amaritudine
paſſionis que per ſel ſignificata eſt xp̄o ve
ro per piſcem. q2 piſcis aſſus ē xp̄s paſſus.
Cecū q̄dem erat genꝰ hūanū. q2 habitanti
bus ī regione vmbꝛe mortiſ lux orta eſt eis.
Petit ḡ vt veniat dñs ſic ꝓmiſit. Dñica ei
iſta eſt de ꝓmiſſiōibꝰ. vñ dr̄ in ītroitu Re‑
ſpice dñe ī teſtm̄ tuū. i. in ꝓmiſſiōe tua. vt
ſicut ꝓmiſiſti veniat filiꝰ tuus. Et h ē q2 ſe‑
quit᷑. Et aīas paupeꝝ tuoꝝ ne obliuiſcaris
ī finē. Et h ē qḋ dixit thobias filio ſuo. Me
mēto fili qm̄ paupe3 vitā gerimꝰ. habebis
multa bona ſi timueris deū. vñ ſeq̄t᷑ oratō
Oīpotēs ſempiterne deꝰ de cuiuſ munere
venit ꝛc. ꝛ rogat vt poſſit currere eccl'ia ad
veras ꝓmiſſiōes. ep'la ē Abrae facte ſunt
ꝓmiſſiōes ꝛ ſemini eiꝰ ꝛc. gal. iij. c. vbi agit᷑
de ꝓmiſſiōibus. ꝛ ſeq̄t᷑ ibi. q̄d igit᷑ lex dicit
ap'ls. ſi nō pōt ſanare genꝰ hūanū cecū ſic
thobiā. Et ſeq̄t᷑ rñſio. Lex q̄dē ꝓpt᷑ tranſ‑
greſſores poſita eſt. ſupple ſicut pedago‑
gus. Sequitur reſponſorium Reſpice do
mine in teſtamentum tuum. vbi oſtendi‑
tur vehemens effectus orationis. in alle‑
luya. Quoniam deus magnus ꝛc. oſtēdit᷑
q̄s ē qui poteſt illuminare. in euāgelio oñ‑
ditur q2 lex non poteſt ſanare. Et incipit in
quibuſdam eccleſijs. Beati oculi qui vidēt
que vos videtis. multi ꝓphete ꝛ reges
vo. vi. ꝛc. luce. x. capitu. vbi habetur q2 ſa‑
cerdos et leuita pertranſierunt hominem
qui incidit in latrones. Sacerdos inq̄3 ꝛ le
uita veteris teſtamenti. ſed ſolus ſamari‑
tanus. ſcilic3 chriſtus qui eſt cuſtos noſter
ipſum ſanauit. Et quia lex non ſanat. quo
niam neminem ad perfectione3 ducit. ſed
ſolus deus in quo ſperandum eſt. ideo ſe‑
quitur offertorium In te domine ſperaui
quomodo autem ſanauit illum cecum pa
tet. quia per panem angelorum qui factus
eſt panis hominum id eſt per filium dei in
carnatum. Et ideo ſequitur in poſtcōmu‑
nione. Panem angelorum manducauit
homo. Alie eccleſie dicunt Panem de ce‑
lo ꝛc. Sapientie ſedecimo capitulo.

De dominica .xiiij.

**Dn̄ica decima quarta** legit liber iudith ⁊ cātatur quō victoria data eſt in manu femine ⁊ monet nos eccleſia ad ſanctimoniā ſiue ad continentiā exemplo iudith. ſicut enim iudith interfecit olofernē qui interp̄tatur eneruans vitulum ſaginatū. ſic monet eccleſia vt interficiamus olofernē. i. dyabolū qui eneruat ⁊ interficit laſciuos mundi qđ fit per ſanctimoniā abſcindendo ei caput. Nam caput dyaboli eſt luxuria. qꝛ quaſi p̄mo de ea incipit hoīes tēptare. ⁊ ideo dn̄s dicit in luca Sint lumbi veſtri p̄cincti. hoc eſt. p̄cingatis vos cōtra p̄mū viciū. Exo. xij. In comeſtione agni renes veſtros accingetis. Alio tn̄ modo ſup̄bia eſt initiū om̄is peccati. qꝛ vero fragiles ſumus ⁊ effeminati: vnde interficere nō poſſumus olofernez niſi adiutorio dei: ideo dicit ī introitu Protector noſter aſpice deus ⁊ reſpice in faciez xp̄i tui. Sequit in q̄buſdaz eccl'ijs ep̄la ad Gala. v. c. Sp̄ū ābulate ⁊ deſideria carnis nō perficietis. caro eīn cōcupiſcit aduerſus ſp̄m ⁊ ſp̄ūs aduerſus carnē. Et ſeq̄t Manifeſta aūt ſunt op̄a carnis. ⁊ noīat ea. Itē alibi dicit Si contenditis nonne carnales eſtis. hoc dicit qꝛ contendimus de carnalibus. ⁊ poſt Fructus aūt ſp̄ūs ſunt longanimitas. pax. patiētia ⁊c. De vincere igit olofernē in nobis eſt facere iſta duo. Per hec q̄ vicia īterficimus in nobis. q̄ guſtamus ſp̄m̄ ſctm̄: quo guſtato deſipit omnis caro. ſed qꝛ non pōt ſanari in nobis carnalitas niſi a dn̄o. qꝛ eſt ſicut lepra. ideo in q̄buſdā eccleſijs ſequit euangeliū Dū iret iheſus. luc. xvij. c. de leproſis qui venerūt ad dn̄m ⁊ dixit eis Ite ⁊ oſtendite vos ſacerdotib' ipſis tn̄ prius ſanatis. per quod ſignificat q̄ prius peccator a domino ſanatur ⁊ poſt ea ī iungitur ei penitentia a ſacerdote ⁊ abſoluitur: quod ſignificatū ē per hoc q̄ diſcipuli dn̄i inſtitas lazari ſoluerunt: ⁊ tn̄ p̄us erat ip̄e reſuſcitatus a dn̄o. Redijt aūt vn' ad eū flexis genibus g̃as agēs. p̄ quod ſignificat q̄ vnitas eccleſie reddit g̃as deo. Vn̄ vnus ſanabat in piſcina. ioh̄. iiij. Et ideo in r̄nſorio in g̃raꝝ actōes dicit eccleſia Bonū eſt ꝯfiteri dn̄o. ⁊ etiā in all'a qđ eſt in q̄buſdā eccl'ijs Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eius. ⁊ qꝛ hoc non ſufficit niſi ⁊ dn̄s nos cuſtodiat: ideo ſequit in offertorio Immittit angelus dn̄i in circuitu timētiū euz. Quia cuſtodit nos dn̄s per angelos ſequit Guſtate ⁊ videte. quid autez guſtare debemus oſtēdit in poſtcōione ſcz panē q̄ ſaginat aīam nō corpus. Unde eſt offertorium in quibuſdā eccl'ijs Panis quē ego dedero caro mea eſt. p̄ ſeculi vita.

De dominica. xv.

**Dominica quindecima** habet eandē intētionē cum precedēti. ⁊ ideo in q̄buſdaz eccleſijs in his duabus dn̄icis legit liber iudith. Et introitus eſt Inclina aurē tuā domine. Verſus eſt Letifica animaz ſerui tui qm̄ ad te leuaui aīam meā. q. d. non ad carnalia deſideria. In epiſtola que eſt ad gal. vj. c. mouet nos. vt nō ſimus vitulus ſaginatus ſed ſimus ſp̄uales. Unde dicit ibi paulus Si ſpiritu viuimus ſp̄ū ⁊ ambulemus. qꝛ q̄ ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitam eternaz. qui vero in carne/de carne metet corruptionem. Sequitur reſponſorium Bonuz eſt confidere in domino q̄ cōfidere in homine qui dat victoriā in manu femine qn̄ facit hoīem vincere in carne Et qꝛ hoc facit qui preparat cor ſuū ad ſeruiendum deo/ſequitur all'a Paratum cor meum deus ⁊c. In euangelio Nemo poteſt duobus dn̄is ſeruire. qđ eſt math. vj. c. docemur ne ſeruiamus ventri. Et poſt Nolite ſoliciti eſſe dicētes Quid manducabimus aut quid bibemus ⁊c. Sz p̄mū q̄rite regnū dei ⁊c. Nolite ſoliciti eſſe ſcz ſolicitudine ſuffocatōis. ſolicitudine aūt p̄udētie ſoliciti eſſe debetis. In offertorio vero monemur vt ſeruiamus dn̄o nō vētri Expectās expectaui dn̄m vt reſpiceret me. Quis autē ſit ille cibus quo debet aīa refici oſtēdit in

poſtcõmunione que eſt in quibuſdã eccle-
ſijs Qui manducat meã carnem per fidẽz
ſcꝫ. Nã vt auguſtin⁹ dicit Crede ⁊ mandu
caſti ⁊c. Querit̃ aũt quare eccl'ia poſt libroſ
ſalomonis legit librũ iob. ⁊ poſtea librum
thobie ⁊ iudich. cũ aliomõ ordinãtur in bi
blia. ſic̃ eñ dictũ ẽ ſub. vij. dñica p̃cedũt li-
bri exẽplares ⁊ poſtea doctrinales. q꞉ ma-
gis mouẽt facta q̃ꝫ dicta. ⁊ ad vltimum po
nũtur libri machabeoꝝ q̃ ſunt libri exẽpla
res. Ad qđ dicim⁹ ꝙ ꝑ doctrinã ꝑuenit̃ ad
ꝑfectionẽ patientie. q̃ magis fuit in Job ⁊
tamẽ poſtea ſeq̃t̃ thobias q꞉ etiã magnuꝫ
patiẽtie ſignũ fuit ĩ thobia q̃ amiſit mul-
ta ⁊ filiũ ad tp̃o ⁊ oculos q̃ maxime ab ho-
mine diligũtur ex eo ꝙ oculi ſunt p̃ncipiũ
cognitiõis ad quã natus ẽ homo. ⁊ q꞉ etiã
plus valet exẽplũ femine ⁊ magis erube-
ſcẽtiam ĩcutit. iõ liber iudich ĩ quo habet̃
de victoria ĩ manu femine poſt p̃dictos ab
eccl'ia ordinat̃. vltimo v̾o libri machabeo
rũ legũtur. q꞉ ibi habet̃ exẽplũ de ꝯfirma-
tione iuſticie. Machabei eñ paſſi ſũt mar
tirium ꝑ lege defendenda ⁊ cuſtodiẽda ab
antiocho fidei inimico.

De dominica. xvj.

## Ad decimaſexta do

minica legit ⁊ cantat eccl'ia de
machabeis vt dicet̃ in ſeq̃nti ti.
q̃ multa paſſi ſunt, ab antiocho ⁊ ſeptẽ po
pulis. Et ibi habet̃ ꝙ tẽplũ qđ pollutũ fue
rat ab illis ꝑpl'is. ab iſtis machabeis puri
ficatũ fuit ⁊ ꝑ hoc ſignificat̃ ꝙ aĩa q̃ tẽplũ
dei ẽ polluta a ſeptẽ capitalib⁹ vicijs non
põt mũdari. niſi purificet̃ a pc̃õ. qđ eſt eaꝫ
reſuſcitare d̾ morte peccati. Vñ h̃ẽtur ĩ euã
gelio de reſuſcitatiõe filij vidue. ⁊ iõ ĩcipit
ĩtroitus Miſerere mei dñe ſcꝫ vt reſuſcites
me. V̾ſus eſt Inclina dñe aurẽ tuã. in epl'a
v̾o apl's ĩuitat nos ad patiẽtiã dicẽs. Ob-
ſecro vos ne deficiatis ĩ tribulatiõibus ⁊c̃
q̃ ẽ ad eph̃. iij. c. Sic eĩ vincũt̃ ĩimici a ma-
chabeis. i. a ſanctis. Seq̃t̃ graduale. Time
bũt gẽtes. q꞉ ſicut poſtq̃ꝫ illi vicerũt inimi
cos ſuos a ⁊ mũdauerũt tẽplũ ⁊ reedificaue

rũt timuerũt gentes ĩ circuitu. ſic ⁊ poſtq̃ꝫ
homo vicerit dyabolũ ⁊ mũdauerit ſe per
confeſſionẽ. ⁊ reedificauerit tẽplũ dei in ſe
timẽt demones. Vñ ſeq̃t̃ v̾ſus Qm̃ edifi-
cauit dñs ſyon. ſed q꞉ nõ põt fieri niſi a do
mino ꝙ homo liberet̃ a vicijs ideo ſeq̃tur
All'a Redemptionẽ miſit dñs ꝑpl'o ſuo ⁊c.
Euangelium eſt in q̃buſdaꝫ eccl'ijs. Ibat
ihũs in ciuitatẽ q̃ vocat̃ naym ⁊c. luc. vij. c.
⁊ poſt. Acceſſit ihũs ⁊ tetigit locum ⁊ dixit
Adoleſcẽs tibi dico ſurge ⁊ ſurrexit ⁊ dedit
illum matri ſue. Sẽpe tãgit dñs loculum
vbi erat mortuus. qñ infirmitate v̾l aliquo
flagello tãgit corpus hoĩs ĩ quo iacet mor
tuus ſpũs hominis. i. anima. ⁊ ſic excitat̃
a ſomno mortis. Vñ eccl'. xxxj. Infirmitas
grauis ſobriam reddit aĩam. Sequit̃ offer
torium quaſi in voce machabeorum. Dñe
in auxilium meum reſpice. Sequitur poſt
communio Domine memorabor iuſticie
tue ſolius. Juſticie inquam. quia omnis
qui venit ad te non eijcietur foras. Poteſt
⁊ aliter dici ꝙ ioſia defuncto: hieruſalem
deſtruitur. populus captiuatur ⁊ p̃mitur.
ideoq꞉ in hoc menſe octobri machabeoruꝫ
hiſtoria legitur ⁊ cantat̃. Ad aperiatur ⁊c.
quia ſuis aduerſarijs admodum preme-
bãtur quorum primã partem ſimon pon-
tifex edidit. aliam filius eius Johannes.
poſteriorem quidam iudeus agreſtis ſed
eruditus. Ibi captiui militantem deſignãt
eccl'iam in qua ſunt duces ⁊ ſatellites do-
ctores ⁊ diſcipuli. perfecti ⁊ imperfecti. Do
ctores vidua ſignificat euangelica que vi-
dua eſt. quia militans cum ſponſo trium-
phanti non eſt. cuius filius moritur cum
diſcipuli ꝑ quouis crimine ab eccleſia cor
pore ſeparantur. reſuſcitantur cũ illis gra
cia infunditur. Hec igitur orat in euange
lio pro filij reſuſcitatione id eſt gratie infu
ſione. Et hortat̃ ĩ epl'a ne deficiãt ĩ tribula
tiõib⁹. ⁊ hui⁹ rei gr̃a flectit genua ſua. Hec
eadẽ orat ĩ ĩtroitu Miſerere. ⁊ in offertorio
Dñe. Graduale reſpicit ad id qđ in euan-
gelio dicitur. Accepit autem omnes ti-
mor Poſtcõmunio. Domine memorabor

gratiarũ eſt actio. Uel hic menſis octobris
vt q̃dam aiunt deſignat octauã. ſicut ẽ iu-
dei finitis plijs. ⁊ tẽplo reſtaurato ĩ hymnis
⁊ pfeſſionibus dño bñdicebãt. ſic ĩ octaua
magne feſtiuitatis ſctĩ feſtiuius exultabunt

De dominica. xvij.

## A dominica decima

ſeptima agitur de nuptijs eter-
nis q: pſideratiõe nuptiarũ illa
rũ libẽter patimur tribulatiões. ſicut ⁊ ma
chabei fecerũt. Sũt aũt quattuor dñice in
q̃bus agit eccl'ia de machabeis. Cõſidera
tio em̃ illa tribulatiões leues facit ⁊ ppter
illas nuptias pena q̃libet leuiter ſuſtinet.
De his nuptijs dĩ ĩ euangelio qđ hac die
in q̃buſdam eccl'ijs legit. Cũ iuitatus fue-
ris ad nuptias recũbe ĩ nouiſſimo loco ⁊c.
oĩs inuitati ſumus ad nuptias eternas.
⁊ ſi ĩ nouiſſimo loco nos ponimus hic vtiſſi
mus humiles exaltabimur ĩ padiſo ⁊ ecõ-
tra. Uñ ſtatim ſubiũgitur. Ego autẽ dico
vobis. q: oĩs q̃ ſe exaltat humiliabit. ⁊ q̃ ſe
humiliat exaltabit ⁊c. vñ incipit introitus
Juſtus es dñe ſcʒ ĩ hoc iudicio ⁊ rectũ iudi
cium tuũ. huic em̃ iudicio pcordat eccleſia
ſeu pſentit quo deus exaltat hũiles ⁊ ſuper
bos depmit dicens Juſtus es dñe ⁊c. Jn
ep'la Obſecro vos q̃ eſt ad ephe. iiij. ca. iui
tat nos ad humilitatẽ vt dicat nobis Ami
ce aſcende ſupius. vbi dĩ digne. vt humili
tate ambuletis vocatione qua vocati eſtis
ſcʒ ad nuptias. hoc eſt: eũ nouiſſimũ locũ
tenere. Ad hoc idẽ monet ĩ graduali. Bea
ta gens cuius eſt dñs deus eor̃. Supbi fa
ciunt ſe dños. humiliũ vo deus eſt domi-
nus. vñ v̄ſus eſt Uerbo dñi celi. i. humiles
firmati. i. magnificati ſunt debemus ẽ eſſe
humiles q: nihil habemus niſi a deo. ⁊ iõ
ſeq̃tur ĩ q̃buſdã eccl'ijs all'a. Qui timet de-
um: ſperẽt ĩ eũ. q. d. nõ in ſe. Poſtea ſequit
euangelium de nuptijs ſicut dictũ eſt. Jn
alijs vo eccl'ijs legit Cũ intraret ihũs ĩ do
mũ. luc. xiiij. ca. Notandũ aũt q anq̃ ĩ ipo
euangelio dicat de nuptijs: habet quomõ
ſanauit ydropicũ p quẽ intelligit oĩs ama
tor mũdi. Pri⁹ em̃ oportet q ſitio pmũdi ſa
tietur. q: q̃ biberit ex aq̃ ſitiet iterũ. Jo. iiij.
Q̃diu eĩ hõ erit ydropicus: in illis nuptijs
nõ poterit ſatiari. Jn offertorio ſi'r inuita
mur ad hũilitatẽ. vñ ibi habet orõ daniel'
Oraui deũ meũ ⁊c. daniel'. ix. ca. Et ppter
hanc hũilitatẽ meruit audire archãgelũ
q̃ certificauit eũ de ĩcarnatiõe xpi. Satis aũt
pgrue fit ibi mẽtio de angelo qm̃ hoc offm̃
circa dedicationẽ btĩ michaelis cãtat. Jn
poſtcõione habet de hũilibus ⁊ ſuperbis
Uouete ⁊ reddite dño deo veſtro oẽs q̃ in
circuitu eius affertis munera. i. humiles q̃
attribuitis omnia bona deo terribili ⁊ ei q̃
aufert ſpm̃ pncipum. i. ſuperbiam eor̃. Ec-
ce quia ſuperbos humiliat.

De quarta feria q̃ttuor tẽpor̃.

## A quarta feria legi

tur euangeliũ Rñdẽs vnus de
turba. math. ix. ca. d ſurdo ⁊ mu
to quẽ apl'i curare nõ poterãt. eo q: illõ ge
nus demonij nõ eij cit niſi ĩ orõne ⁊ ieiu-
nio qđ bñ huic diei pueniit. hodie nãq; ie-
nium eſt q̃ttuor tẽpor̃. iõ due lectiones le-
gunt. vt ordinãdi ĩ duobus pceptis carita
tis. vel duabus legibus inſtruantur. Pri
ma de calcatore vue ſcilʒ Ecce dies. Amos
ix. in fine tempori pueniit. Secunda videlʒ
Congregatus. Neemie. viij. ca. cõgruit or-
dinandis quibus dicitur in introitu Exul
tate deo qui meditari promittunt in offer-
torio. Meditabor. Communio eſt. Come-
dite pinguia: ⁊ ſumitur de lectione ſecun-
da.

De ſexta feria.

## Erie ſexte officiũ pe

nitẽtiam exprimit ordinãdorũ
vñ in euangelio. Factũ eſt. pec-
cata paltico dimittũtur. ⁊ in lectione. con
uertere. Ozee. vlt. c. ad pueſatõem iſtruũ
tur. ⁊ ĩ itroitu Letetur ad querẽdum. dñm
iuitant. Graduale ⁊ poſtcõmunio ſunt ora
tiones electorum. offerenda conſolatio eo-
rundem. Jn alijs tñ eccl'ijs dicit euange-

lium. Rogabat iheſum. Luce. vij. ca.

De ſabbato quattuor temporum

**Abbati quoq3 off**icium ad doctrinam ipſorum ordinandorum fit ne ſint ſteriles vt ficus arbor infructuoſa. de qua loquitur euangelium Arborem fici ꝛc. Luc. xiij. ca. ne vita illorum ſit terrenis implicata. ſicut mulier incuruata. In epiſtola vero Tabernaculum factum eſt ꝛc. que eſt ad hebre. ix. c. vbi de primo ꝛ ſecundo agitur tabernaculo monentur vt ſic ſeruiant in tabernaculis eccleſie militantis vt domino preſententur in tabernaculo triumphantis. In lectionibus vero quaſi hoc ſeptembris ieiunium in dicitur cauſa inſtitutionis ꝛ eius vtilitas intimatur. quarum prima eſt Decimo die leuitic. xxiij. ca. Secunda eſt Quintodecimo die que eſt ibidem. Tercia eſt Domine deus noſter. michee. vlt. c. Quarta eſt Factum eſt verbum. zacharie. viij. ca. Quinta eſt Angelus domini. danielis. iij. c. Cetera ſunt ordinandorum exhortationes: orationes ꝛ conſolationes. Communio ſcilicet Menſe ſeptimo. de leuitici lectione ſumitur. Merito autem in hoc menſe fit clericorum ordinatio quoniam ꝛ in hoc menſe fiebat tabernaculorum celebratio ordinatio vero ſunt eccleſie miniſtri in dei tabernaculo per ſeptiformem gratiam in ſeptem gradibus conſtituti. Unde ꝛ beatus petrus legitur ordinationem feciſſe in ſeptembri ſex epiſcoporum decem presbiterorum ꝛ ſeptem diaconorum. Et celebratur ordinatio in tercia hebdomada que in tempore tercio ſcilicet gratie fuit ab apoſtolis inſtituta. olim tamen alia ratio fuit a ſapientibus aſſignata. nam olim inſtituta fuere ieiunia in prima hebdomada marcij. in ſecunda iunij. in tercia ſeptembris. in quarta decembris. vt comitarentur initia teſſeredecadis. ihesu christi. Cum enim quis ordinatur quodammodo vt christo attineat generatur. Prima ergo perſona prime teſſeredecadis eſt abraam a quo ſumitur ordinatio prime hebdomade marcij. Prima perſona ſecunde teſſeredecadis eſt dauid a quo ſumitur ordinatio ſecunde ſeptimane iunij. Initium tercie eſt Iechonia a quo ſumitur ordinatio tercie ſeptimane ſeptembris. Demum est christus in quarto loco a quo ſumitur ordinatio quarte ſeptimane decembris. Sumuntur autem potius ab his perſonis quam ab alijs ordinationes vel quia fuerunt in genealogia maiores vel propter nominum interpretationes. Dicitur enim abraam pater multarum gentium. dauid fortis. iechonia preparatio domini. ſic ꝛ illi qui ordinantur debent eſſe patres fortes preparati ad euangelium ihesu christi Uel ſicut a perſona in perſonam ſunt quattuordecim generationes. ſic ab ordinatione in ordinationem ſeptimane quattuordecim inueniuntur vt ordinandi periti ſint ꝛ in decalogi ꝛ in euangelij diſciplina. Nunc autem ieiunia ex cauſis premiſſis aliter ordinantur vt dictum eſt ſub quarta feria tercie hebdomade aduentus. Et memento quod apoſtoli vſque ad ſimplicium papam in decembri ſemper ordines celebrabant. vt ordinandos coaptarent generationi ihesu christi. Simplicius vero addidit ordines in februario tribuendos vt ordinandos vicinius incorporet corpori ihesu christi. vide de hoc in prohemio ſcripti. Sed ſi vt premiſſum eſt. ieiunia conſtituta ſunt in predictis ſeptimanis pro his qui ad ordinationem accedunt. numquid commutari poſſunt quando nullus tunc ordinatur: Certe non niſi neceſſitate vrgente. De quo in prohemio ſcripti dictum eſt. Cum enim ſit vna eccleſia omnino debet in actionibus eius eſſe concordia que non eſſet ſi in tam generali ieiunio alij prandrent: alij ieiunarent. preterea licet alicubi non fiat ordinatio. fit tamen alibi. pro quibus ieiunare ꝛ orare debemus vt digni ad ordinationem perueniant Omnes enim fratres ꝛ vnanimes in domo domini ſumus.

De dominica. xviij.

**Dictum eſt in prece**denti dominica quod dixit homo ſe ponere in nouiſſimo loco vt ponatur in primo ſic ſunt prelati. Unde in hac decimaoctaua dominica agitur de prelatis qui ſunt in primo loco. Unde euangelium eſt in quibuſdam eccleſijs Super cathedram moyſi ꝛc. Introitus vero qui ſumitur eccleſiaſtici. xxxvj. c. incipit Da pacem domine ſuſtinentibus te vt prophete tui. id eſt prelati fideles inueniantur. ſupplendum eſt. Non infideles ſicut ſcribe et

pbariſei. verſus eſt Letatus ſum ĩ his que
dicta ſunt mihi in domũ dñi ibimus. i. ibi
mus ad nuptias. ꝛ de h letatus ſum q: ĩui
tati ſum⁹ ad nuptias. ĩ qbus erit etna pax
In alijs vo eccl'ijs v̓ſus eſt Bonũ ē. Pre-
terea ſcripſerũt qdam ꝙ ideo dr̄ ipe introi
tus. q: tali die zacharias papa fecit pacez
cũ lõgobardis. In epl'a apoſtolus ait gra-
tias de epheſijs. q: hñt fidẽ veram de iſtis
nuptijs dicens Gr̃as ago ſemꝑ deo meo ꝓ
vobis ꝛc. j. ad coꝛ. j. ca. In rñſoꝛio vo Leta
tus ſum ꝛc. oſtẽdit gaudiũ de p̃dictis nup
tijs. ꝛ iõ ꝓpter p̃dictas nuptias ĩ alleluya
Lau. do. om. gen. hoꝛtaꝛ ad laudẽ Euãge-
lium in qbuſdã eccl'ijs Acceſſerũt ad ihm
qd̓ eſt math. xxij. ca. eſt de ſcribis ꝛ phari-
ſeis q infideles fuerũt. Vñ tẽptauerũt dñz
dicẽtes qd̓ eſt mãdatũ magnũ in lege. di-
xit dñs Diliges dñz deũ tuũ ꝛc. Et poſtea
repḧẽdit eos de ĩfidelitate. q: nõ credebãt
ipm deũ eſſe dicẽs Quid vobis videtur de
xp̃o cuius filius ſit. dicũt ei: dauid. ꝛ dixit
eis Quõ g̊ dauid in ſpũ vocat eũ dñz dicẽſ
Dixit do. do. m. ſe. a dex. meis ꝛc. p̃lati non
debent eẽ tales ſcz ĩfideles. ſz ſicut moyſes
d̓ quo habeꝛ ĩ offertoꝛio Sãctificauit moy
ſes altare dño ꝛc. d̓ nt p̃lati offerꝛe ſe totos
ĩcẽſum ꝛ poſtea in multas hoſtias Unde
ſequitur poſtcommunio Tollite. hoſtias
loquitur enim de pꝛelatis.

De dominica. xix.

## Ex decima nona do

minica rñdet p̃cedẽti in qua di
ctum eſt Da pacẽ dñe ſuſtinen
tibus te vt ꝓphete tui. i. p̃lati fideles inue
niant. Rñdet inqz ſi faciãt qd̓ habeꝛ ĩ euã
gelio qd̓ legiꝛ ĩ hac dñica ĩ qbuſdã eccl'ijs
ſcz aſcẽdẽs ihs ꝛc. qd̓ ē math. ix. c. ĩ q habe
tur ꝙ adduxerũt ad dñm ꝑaliticũ. Iheſus
aũt vidẽs fidẽ illoꝝ q offerebãt ꝛc. Parali
tici ſunt q ĩ delicijs carnis ſunt q ita diſſo-
luti ſunt ꝙ nõ pñt opa bona facere ꝛ meri-
to fidei p̃latoꝝ ſanãtur. ꝛ iõ bonũ ē habere
bonos p̃latos. Quidã aũt de ſcribis dixe-
runt intra ſe. h blaphemat. qs eſt q pecca-
ta dimittit. ihũs aũt videns cogitationes
eoꝛuz dixit Ut ſciatis ꝙ filius hominis ha
bet poteſtatẽ in terꝛa dimittẽdi peccata di
xit paralitico Tolle grabatũ tuũ ꝛ ambula
ꝛ q: ſolus deus eſt q ſanat ꝑaliſim. iõ inci-
pit introitus Salus ppl'i ego ſum ꝛc. Uer
ſus eſt Atten de popule meus legem meaz
ſubaudi ꝑ quã ſanãtur paralitici. In epi-
ſtola monet apoſtolus paraliticos vt erigã
tur coꝛpoꝛaliter a paraliſi ad bona opera
dicẽs. Renouamini ſpũ mentis veſtre ꝛ in
duite nouũ hominẽ ꝛc. Eph. iiij. ca. Sequi
tur etiam graduale in voce paralitici. diri
gatur oĩo mea ſicut incenſum ꝛc. Verſus ē
Eleuatio manuũ mearuz ꝛc. iam iſte leuaꝛ
ad bona opa. Alleluya vo dicitur in voce
paralitici ſanati ſcilz Dextera domini fecit
v̓tutem. ſubaudi. quia: ſanauit me ſed qa
non ſufficit ſanare niſi dominus cuſtodiat
ſequitur offertoꝛium. Si ambulauero ĩ me
dio tribulationis. ꝛc. vbicunqz enim am-
bulant ſanati a domino cuſtodit eos q̃tũ
in ſe eſt.

De dominica. xx.

## A dominica viceſi

ma ĩcipit eccl'ia legere. xij. pro-
phetas ꝛ danielem. ꝛ cantat de
eſaia / daniele / ꝛ hieremia. nõ tamẽ legit de
eſaia ꝛ hieremia. quia in alijs tempoꝛibus
plenius leguntur. De eſaia enim legitur ĩ
aduentu. de hieremia in paſſione. Queriꝛ
autem quare legit eccl'ia pꝛophetas poſt li
bꝛum machabeoꝛum cum ĩ biblia p̃ponã
tur Ad quod dicimus ꝙ biblia pꝛeponit
omnes libꝛos exemplares. eo ꝙ magis mo
uent exempla q̃z doctrina p̃ter libꝛum ma
chabeoꝛũ quem vltimo ponit ꝛ ꝓpter ꝑfe
ctam iuſticiam ꝛ ꝓpter tẽpus quia vltimo
tempe fuerunt. Eccleſia etiam legit vltimo
libꝛum ezechielis quia in eo agitur de tem
plo celeſti in quo eſt conſummatio ꝛ finis
omniuz. Duodecim vero pꝛophetas legiꝛ
ꝓpter fundamentũ fidei. quod ſemꝑ neceſ
ſarium eſt q̃tuncunqz homo ſit perfectus

et vide qd dictū est sub dñica decima q̄nta Incipit ecc'ia legere ezechielē ī p̄ncipio nouēbris. In matutinali hura dñice offi cio p̄mū r̄n̄ſorium eſt in q̄buſdā ecc'iis de eſaia. ſ. Vidi dñm ſedētē ſup ſoliū excelſuz. Vidit eñ eſaias quō añ thronum dei ſunt angeli ⁊ ſcti ī ecc'ia triūphāte ⁊ militāte. ī q̄bus p grām ſedet ille q̄ ē p̄mus ⁊ nouiſſimus. qī ezechiel vidit tēplū celeſte ī quo ſunt nuptie eterne. idō ī euāgelio miſſe qd ī q̄buſdā ecc'iis in hac dñica dī. ⁊ eſt math. xxij. c. habet̄ de illis nuptiis Simile eſt regnū celoꝝ hoī regi q̄ fecit nuptias ⁊ miſit ſeruos ſuos hora cene dicere īuitat̄. omnia parata ſunt venite ad nuptias. illi vō ɔtēpſerūt venire ad nuptias. i. hi ſunt iudei q̄ ɔtempſerūt venire. ⁊ miſit tunc ſuos ſuos dicēs Ite ad exitus viarū ⁊ ɔuocate oēs. ⁊ implete ſunt nuptie diſcūbētium. Et vidit rex quēdā nō habētē veſtē nuptialem. ⁊ dixit ei. Amice quō huc intraſti nō habēs veſtem nuptialē. ⁊ tradidit eū miniſtris ſuis vt ꝓijcerent eū ī tenebras exteriores. huic aūt iudicio q̄ dñs eos q̄ ɔtēpſerūt venire ad nuptias amouit a nuptiis ⁊ alios oīo vocauit cō gaudet ecc'ia in introitu dicens Omnia q̄ feciſti nobis dñe in vero iudicio feciſti. In epiſtola vero monet apl's vt caute ambulemus ad has nuptias. quia ſine veſte nuptiali ꝓijcimur in tenebras exteriores dicens Videte ergo quō caute ambuletis ⁊c. que eſt eph. v. ca. Et diſſuadet econtrario dicēs Et nolite inebriari vino ī quo eſt luxuria ne ſitis in nuptiis dyaboli. ſed ī pleamini ſpū ſancto. Sed quia cibū illarū nuptiarū nō pōt dare niſi ſolus de⁹ Ideo ſeq̄tur in r̄n̄ſorio Oculi omniū in te ſperāt dñe. et tu das eſcam illorum id eſt cibū nuptiarum eternarum in tp̄e oportuno. Et qꝛ de nuptiis illis nō poteſt comedere q̄ eſt in peccato mortali. Seq̄tur in q̄buſdā ecc'iis alleluya De pfundis id eſt: ō peccato clamaui ad te dñe vt me eruas de peccato. et ſic peto nuptiis intereſſe. In offertorio vero oſtendit̄ q̄d ſit intereſſe nuptiis ſcʒ habere memoriā de eternis dicēs. Super flumina babilōis ſcʒ delicias ſecli illic ſedim⁹ ⁊ fleuimus dū recordaremur tui ſyon id ē tui o ecc'ia triūphans. In poſtcōmuniōe vero petit vt det̄ ei ītereſſe nuptiis illis dicēs Memēto verbi tui ſeruo tuo. ī quo mihi ſpez dediſti ⁊c. q̄ſi diceret Memor eſto quia ꝓmiſiſti. Qui eñ ꝓmittit ⁊ nō dat videtur eſſe oblitus. Et nota q̄ tres nuptie leguntur in euangelio. De p̄imis dicitur q̄ ſimile ē regnū celoꝝ hoī regi qui fecit nuptias filio ſuo. Hic filius eſt chriſtus qui hūanā naturā ſibi copulauit vbi fuit thalam⁹ v̄ginis. vñ Tanq̄ ſpōſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Ad has nuptias homīes ſub lege per ꝓphas inuitauit. De ſecundis dicit̄ Vos ſimiles hoībus expectātibus dñm ſuum quādo reuertatur a nuptiis. Hic dominus xp̄s ē verus homo q̄ aſcendēs āgelicam naturam ſibi copulauit. Ad has nuptias gētes per apoſtolos conuocauit. De tertiis vero dicit̄ Virgines que preparate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias. Hic ſpōſus eſt xp̄s q̄ ecc'iaz poſt iudiciū ſibi copl'abit. ⁊ in thalamo glorificabit. Ad has per p̄latos ecc'ie quotidie inuitamur. De primis ſolennizat ecc'ia in xp̄i natiuitate. de ſecūdis in aſcēſiōe. De tertiis in reſurrectione. qm̄ in noſtra reſurrectōe xp̄s ſponſaz aſſumet: ⁊ de babilonia mundi introducet ī celariū paradiſi. De quibus nuptiis hic pōt intelligi. Cum eñ intraſſet homo non hñs veſtem nuptialē: eiect⁹ eſt in tenebras exteriores. ceteri nuptialiter īducti ſunt cū dño epulari. Hi ſunt lapides viui ex quib⁹ edificant̄ muri hierl'm. Pōt etiā aliter dici q̄ poſt reuerſionē a captiuitate hierl'm reedificatur. ⁊ templum reſtaurat̄ p zachariā ⁊ aggeū heſdrā ⁊ malachiā per quos aduētus dñi p̄nūciatur. ideoq̄ʒ in h mēſe nouēbri vſq̄ ad aduentū domini cātatur hiſtoria de prophetis Vidi dñm. ⁊ legunt̄ libri ezechielis. danielis. ⁊. xij. ꝓphetarum Captiuitas illa corporalis noſtram ſpiritualē ſignificat a captiuitate reuerſio eſt pctōꝝ remiſſio. rex itaq̄ʒ prophetaꝝ volēs ſupnā hierl'z reſtaurare filio nuptias celebrauit.

Et ſicut in euãgelio legitur. multos ad ce-
leſte prãdiũ inuitauit. Ibi q̃ ĩtrauerũt ſunt
lapides viui. de q̃bus p̃miſſum ẽ. ne igitur
ad captiuitatẽ ſimilẽ reuertamur ⁊ a nup-
tijs excludamur. monet nos paulus ĩ ep̃la
p̃cedẽti. Uidete quõ caute ãbuletis nõ q̃ſi ĩ
ſipiẽtes. ſed vt ſapiẽtes. Introitus. omnia
que feciſti. vox eſt daniel captiuitatẽ p̃teri-
tam recolẽtis. ⁊ eã ſuis meritis dei iudicio
aſcribentis. Similiter ĩ offertorio Sup flu
mina babilonis. captiuitatẽ illã ploramus
ſed in graduali Oculi oĩm gr̃as agimus.
In poſtcõmunione Memento verbi. po-
ſtulamus vt nuptias promiſſas in ſpe. per
cipiamus in re.

De dominica. xxi.

## A precedenti domi

nica inſtructi ſumus ⁊ ãmoniti
vt caute eamus ad nuptias q̃ ce
lebrant in tẽplo qd̃ deſcripſit ezechiel. Sz
q2 de his nuptijs maxime ĩuidet nobis dy
abolus p̃ eo q2 de illis eiectus fuit. iõ ĩ hac
xxi. dñica agit eccl'ia de bello ↄtra dyabo-
lum ⁊ de armatura noſtra ↄtra euz. Si em̃
pugnauerim⁹ ĩtrerim⁹ et̃nis nuptijs ſi tñ
hũerimus veſtẽ nuptialẽ q̃ eſt caritas: alit̃
nõ. Uñ q2 cinis ⁊ ciliciũ ſunt arma penitẽ
tie. iõ ĩ ĩtroitu vti t̃ eccl'a voce mardochei in
cilicio ⁊ cinere exiſtẽtis dicẽs de eo In vo-
lũtate tua dñe vniuerſa ſunt poſita. ⁊ nõ ẽ
q̃ reſiſtat volũtati tue. heſter. xiij. ca. Seq̃t̃
Mñ dñs vniuerſoꝝ tu es. ⁊ iõ beati q̃ tibi
ſuiũt. q2 tu liberas eos de manu dyaboli ⁊
adiuuas eos ĩ bello ↄtra dyabolum ſicut ĩ
hac orõne liberaſti mardocheuz de manu
aman. ⁊ ſuſpẽſus eſt in patibulo qd̃ paue-
rat mardocheo In ep̃la monet ap̃lus ar-
mari ↄtra dyabolũ armatura dei dicẽs Cõ
fortamini in dño ⁊ ĩ potentia v̓tutis ei⁹ ⁊c.
q̃ eſt ad eph. vj. ca. Et poſt q̃m nõ eſt nobis
colluctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſanguinẽ ſed
aduerſus ſpũalia neq̃cie ĩ celeſtibus ĩ om-
nibus ſumẽtes ſcutũ fidei ⁊c. ſz q2 etiaz bñ
armati nõ pñt p̃ ſe reſiſtere niſi deus adiu
uet. Seq̃tur Dñe refugiũ factus es nobis
⁊c. q2 ſi laſſamur vl' ſautiamur ĩ hoc bello
nõ e refugiũ niſi ad ip̃m. vñ ſeq̃t̃ ĩ q̃buſdã
eccl'ijs All'a. Lauda aĩa mea dñm. q2 vero
ſauciati ĩ h̃ bello nõ ſanantur niſi a dño ⁊
multi ab eo ſanãtur. iõ ĩ q̃buſdã eccl'ijs ſe
q̃tur euãgeliũ de ſanatiõe filij reguli. Erat
q̃dam regulus cui⁹ filius ĩfirmabat̃ ⁊c. qd̃
eſt Joh. iiij. ca. p̃ iſtũ regulũ ĩtelligũt̃ reges
ſcz prelati q̃ reges ſunt ⁊ debẽt eſſe hũiles
⁊ ita ſunt reguli. vñ exaudiũtur. lz habeãt
p̃uam fidẽ p̃ ſanatiõe filioꝝ. Credebat em̃
iſte regulus q2 dñs poterat ſanare filiũ ſuũ
ſz nõ credebat q2 eſſet deus q2 credebat q2
nõ poſſet ſanare niſi p̃ñs. humilitas ergo
valde neceſſaria ẽ p̃latis q2 v̓o p̃ patiẽtiaz
maxime vincit̃ dyabolus. p̃ponit̃ ĩ offerto
rio iob ĩ exẽplũ. Uñ ĩ ſapiẽtia Melior ẽ pa
tiẽs viro forti ⁊ q̃ dñatur animo ſuo ex pu
gnatore vrbiũ. Et ĩcipit Uir erat ĩ t̃ra hus
noĩe iob ⁊c. In v̓ſibus aũt hui⁹ offertorij
fit ſepe v̓boꝝ repetitio de quo dictuz ẽ ſub
dñica ſcd̃a poſt octauã epiphanie. ſz q2 ni-
hil valet patiẽtia niſi homo ſperet ĩ dño.
Seq̃tur poſtcõmunio In ſalutare tuũ aĩa
mea ſp̃auit ⁊c. q2 ſpes pacientiã op̃atur.

De dominica. xxij.

## Jcrum eſt quod nul

lus põt ĩtereſſe eternis nuptijs
niſi habeat veſtẽ nuptialẽ q̃ eſt
caritas. ⁊ iõ in hac viceſimaſecũda domi-
nica monemur ⁊ ĩuitamur ad habẽdã ca-
ritatem. nõ vt tantum bene faciamus pro
ximo. ſed etiaz dimittamus ĩiurias nobis
ab eo factas. Unde in q̃buſdam eccleſijs
euangeliuz eſt de ſeruo q̃ debebat decẽ mi
lia talenta. cum quo poſuit dominus ratio
nem. ⁊ ille dixit Patientiam habe in me ⁊
omnia reddam tibi. ⁊ miſertus domin⁹ di
miſit eum ⁊ debitum dimiſit ei ⁊c. Et inci-
pit Simile eſt regnum celorum homini re
gi q̃ voluit ratõem ponere cum ſeruis ſuis
qd̃ eſt. Math. xviij. ⁊ Siquidẽ ĩ die iudicij
ponet dominus rationẽ nobiſcũ ⁊ nullus
poterit cõputare cũ eo quia de tp̃e quõ red
det hõ rõez qd̃ tã bonũ ẽ qd̃ ĩ quolibz mo-

mento eius pōt hō fieri fili⁹ dei. Eiō īcipit
introitus Si iniquitates obſeruaueris dñe:
dñe quis ſuſtinebit.q.d.nullus. Et hoc eſt
Patientiā habe in me. Et ſequit̄ v̄ſus De
profundis clamaui ad te dñe ꝛc. in epiſto-
la Cōfidimus ꝛc. ad phil.c.j. Inuitat nos
apl's ad pfectā caritatē vt dimittamus fra
tri vt deus dimittat nobis. q̄a ſicut habet̄
in fine euangelij Sic ꝛ pater meus celeſtis
faciet vobis ſi nō remiſeritis vnuſq̄ſq; fratri
ſuo de cordibus veſtris. Dicit igit̄ apl's in
ep'la Fratres cōfidim⁹.i.cōfidētiā talē ha-
bemus Et poſtea ſeq̄t̄ Obſecro aūt vos vt
caritas vr̄a magis ac magis abūdet vt ſi-
tis ſinceres ꝛ ſine offenſa Et tūc eſt vnitas
in eccl'ia qñ nō offendimus ꝑpter iniurias
ſ; dimittimus. Vñ ſeq̄t̄ rñſoriū Ecce q̄ȝ bo
num ꝛ q̄ȝ iocūdū habitare fratres in vnū.
Sed qm̄ illos q̄ iraſcūtur ſeruat dñs p ca-
ritatē dū penitent. iō ſeq̄t̄ all'a Qui ſanat
